

OBSERVATIONUM CRITICARUM

IN

APOLLONIUM DYSCOLUM

SPECIMEN II.

SCRIPSIT

R. SCHNEIDER.



OBSErvATIONUM CRITICALium

APOLTONIUM DISCOVOLUM

SPECIMEN II.

SCHNELL

R. SCHNEIDER



Quod Gustavus Dronke multis iam argumentis antea iudicaverat et ex certissimis indiciis erat suspicatus, de A codice Parisino, cuius maxime in restituendis Apollonii verbis ope et auctoritate nitimus, non ita constare collatione a Bekkero confecta, ut deberet censuram acturis: id oculis vidi, cum nuper adita Parisiis Bibliotheca Imperiali librum illum inspicrem atque dimidiam fere eius partem — totum enim per tempus non licebat — accurate compararem. Nec mirum id ita esse. Bekkero enim res illas paene occultas quasi in lucem proferenti tam erant multa simul eruenda emendanda, intelligenda interpretanda, ut etsi sexcentis usus esset oculis, tamen omnes omnium librariorum non potuisset vel errores depellere vel additamenta deprehendere. Ac ne voluit quidem, iure usus primi editoris, minima codicis vitia enotare. Quare id egi, ut si quid ab illo sive gravius sive levius praetermissum esset aut neglectum, indagarem diligenter.

Sed antequam ad ipsam rem accedo, de codice Parisino pauca proponam. Qui liber (cf. Bekker. ad pron. p. 1; 109 B 8; 112 C 6; ad synt. p. 3, 1) quod „veteranos codicum heluones“ dicitur deterruisse, id non de textu qui vocatur manu prima exarato valet — literae enim tam sunt aequaliter constanterque scriptae ut praeter locos vel madore vel vocibus erasis correctisque obsecuratos atque obrutos, quid legatur, omnino non possit dubitari — sed de mala correctorum sedilitate, qui et multa eraserunt et accentus signa et interpretamenta addiderunt, ut sit ubi tabulam pictam potius quam librum manu scriptum intueri tibi videaris. Hue accedit quod negligenter rem egit bibliopega. Is enim non eas solum librorum de pronomine et de adverbio partes, de quibus dixit Bekker ad 112 C 6, sed etiam alia folia transposuit; ita factum est, ut sedem commutaret folium 3 (8, 16 ἐν βήσησι — 10, 22 ἐπ' ἄλλων ed. Bekk.) cum fol. 4 (6, 14 ὅς τα — 8, 16 εὐδομεῖ); fol. 6 (10, 22 πλείστων — 12, 25 ὀνόματα) cum fol. 5 (12, 25 ως ἄν — 14, 21 αῖ πέρ); fol. 98 (485, 28 σεντίει — 488, 7 πασιλιμ) cum fol. 97 (quod numero omnino non notatum est, 488, 8 ἔστιν ἥ — 490, 28 φαμέν; ceterum in codice post fol. 98 sequitur fol. 100 = 490, 28 ἄλλα — 493, 11 διαπορητικήν). Quae omnia Bekker tacite in ordinem redegit. Noli tamen nimium imputare compactori. Nam quod Otto Schneider sibi persuasit (Mus. Rh. III., 454; cf. Dronke in Mus. Rh. IX., 603), illam libri de adverbio partem, quam sagacissime perspexerat cum libro de syntaxi esse coniungendam, alieno loco inseruisse conglutinatorem, falsus est. Ea enim

quam seiunxit ille particula (614, 26 — 625 ed. Bekk.) cum in codice pertineat a fol. 179 vers. — 183 vers., septem illa quae transposuit bibliopaga folia (fol. 177 — 183 incl.) editionis Bekkerianae compleat pag. 607, 33 τηλόσε — 625. Adde quod in extrema libri de adverbii pagina haec est subscriptio: Ἀπολλωνίου περὶ ἐπιφρόνημάτων.

Ea igitur est codicis condicio, ut primum locum occupent quattuor qui sunt de syntaxi libri, fol. 2 r. — 92 r.; post ultimam syntaxis vocem sequitur fol. 92 r. libri de coniunctione inscriptio: Τοῦ αὐτοῦ Ἀπολλωνίου περὶ συνδέσμων; sed et haec et quae eam excipiunt verba usque ad p. 481, 1 γράμμα ab alia manu sunt non recentiore, eadem, ni fallor, quae initium libri de constructione primi exaravit (Bekk. p. 347). Ab ea per totum codicem nihil nec additum nec correctum vidi*). Post illud libri de coniunctione exordium, quod dimidium fere fol. 92 r., fol. 92 v. et dimidium fol. 93 r. complet, et reliqua fol. 93 pars et fol. 94 vacuum relictum est. Quae fol. 95 r. sequuntur madore valde corrupta, ab eadem manu scripta sunt (primam dicimus) quae totum codicem exceptis illis partibus exaravit. Pertinet autem liber de coniunctione usque ad fol. 113 v. extr., ut contineatur 19 foliis praeter illud de quo supra dixi exordium. Excipit eum liber de adverbii, fol. 114 r. — 145 v. extr. et 177 r. — 183 v. extr., qui foliis 38 conscriptus est. Quarto loco est liber de pronome; quem cum haec folia complectantur: fol. 184, fol. 146 r. — 176 v.; fol. 185 r. — 194 v., folia complet 41.

Venio nunc ad ipsam rem. Distinguendum autem est inter tres maxime manus, quarum quae sit ratio et condicio ex eis quae Bekker adnotavit cognosci omnino non potest. Ita factum est ut quae Dronke de hac re disputavit (l. s. s. p. 592), falsa evaderent tantum non omnia.

Ac primum quidem librarius is quem man. prim. dicimus, cum ea esset fide et modestia, ut et accuratissime describeret archetypum nec quidquam immutaret vel de suo adderet, summa eius est auctoritas. Paucis locis quae omiserat in margine ascripsit, velut 161, 1 ςατά; 248, 8 τὸ ἔγραψε; 300, 8 ςατά; 521, 27 ἀπό; 566, 4 τοῦ; eundem in modum 203, 3 προ particula in margine addita est, ut προς ςατειλεγμένοις legendum sit. Est ubi argumenta vel interpretationa appinxerit, ita tamen ut addito τοντέστιν ipse plerumque indicaret, unde orta essent. Cuius generis haec sunt: ad 16, 15 περὶ ἄρθρον; ad 512, 12 ἐπὶ τῆς συντάξεως τοντέστι τῆς τῶν ὑποτακτικῶν; ad 519, 16 ὡς εἰ καὶ ἐν παραγραφῇ τοντέστι τὸ ἔξωθεν νοούμενον τοῦ κειμένου; ad 537, 11 πησιν τοντέστι τὴν πάθησιν; 598, 29 Ἰδαῖον τοντέστι τὸν τῆς Ἰδης Δία; 604, 33 προκειμένοις τοντέστι τοῖς εἰς θεν; 39 C 1 συμβολικῶς τοντέστι κυρίως; 38 B 9 ὅπερ ὄνομα τοντέστι τὸ ἴσος; 122 B 6 Κόριννα οἵ τνοι συγγραφέως (non expedio); 583, 30 εἰ δή καὶ τὸ πῶς τοντέστι εἰ δὲ καὶ τὸ πῶς; 484, 8 ἀγτὶ τοῦ οὐτως τὸ ὥδ'. Quae omnia ut sunt sane inania et otiosa, ita ne animum quidem produnt interpolandi. Idem valet de una quaque fere

*) Ab eadem manu fol. 1 r. index capitum additus est; cuius generis indices in initiis ceterorum quoque de syntaxi librorum ascripti sunt. Quas quidem capitum inscriptions, congruentes fere cum iis quas in Aldi Sylburgiique editionibus legimus (quibuscum concinit editio Bekkeriana in capitum divisione), cum non sint ab Apollonio profectae nulliusque pretii, quamquam descripti, tamen supersedeo proferre.

quam A prim. servavit literula. Id a Bekkero video neglectum aliquot locis, in quibus sunt hi: 6, 4 καὶ πόθεν Ἀρίσταρχος οὐκ ἔλεγε μὲν πλεονάζειν τὸ ἀρθρον, περιέγοαφε δὲ ὡς ἐλλείποντος συνήθως τοῖς ἀρθροῖς τοῦ ποιητοῦ (quae sequuntur ἔχων γοῦν — v. 6 τοῦ ποιητοῦ manu secunda in margine ascripta sunt, omiserat prima). Haec verba τοῦ ποιητοῦ servanda videntur; nam nec antea Homeri mentio iniecta, et ipsa illa in caussa fuerunt, cur aberraret scriptoris manus ad alterum quod infra legitur τοῦ ποιητοῦ.*)

71, 25 ἐδιδάσαμεν A pr.; ἐδείσαμεν cet. — 149, 23 ἔχοντος τοῦ λόγου τῆδε Dud. ἔχειν τὰ τοῦ λόγου τῆδε A pr.; τὰ τοῦ λόγου ἔχειν τῆδε S. Scribendum ἔχει δὲ (N = ΔΕ) τὰ τ. λ. τ. — Locum 228, 19, quem codicis vestigia secutus restitueram Symbol. ph. B. p. 469, vidi in libro ipso correctum esse hunc in modum: οὐκ ἀνὴν m. pr.; τι m. sec. supra scriptum; ἐμποδὼν (in cod. ἐμποδὸν) τὸ τὰ ἐπιόδηματα m. pr.; ἐπιόδηματα m. sec. in margine; φέρεσθαι m. pr.: ut in mentem veniat sic legere: οὐκ ἀνὴν τι ἐμποδὼν τὸ αὐτὰ ἐπὶ δήματα. Quamquam cum technicus constanter dicat οὐδὲν ἐμποδὼν ἔστι, tueor etiam nunc quae antea proposui. — 257, 17 παρεδρεύονταν ex A pr. recipiendum est, cui interpretandi caussa παρεληγονταν ascripserunt librarii. — 306, 15 δέ εὖν ἐλθῃ A. pr.

307, 1. Praepositionem parathesi appositam et ante vocabulum quod inde aptum est et post illud collocare licet. Fuerunt autem qui perhiberent, non recte praepositionis postpositae etiam accentum εἰς βαρεῖαν τάσιν mutari, cum aliae orationis partes sede motae suum servarent tenorem. His adversatur technicus. Quibus enim vocibus certus in verborum ordine locus assignatus est, ii aut sede omnino non moventur; aut si moventur, μετάθεσιν factam esse indicent necesse est. Id cum vel maxime cadat in praepositiones, metatheseos indicium ostenditur accentu mutato. Itaque quoniam nihil interest, utrum postpositam praepositionem, an verba quae inde pendent (*τὰ δευτερεύοντα*) praeposita statuas, absonum est quaerere, utrum hoc an illud factum sit (307, 5). Hanc cum appareat sententiam esse totius loci, corruptis his in verbis αἱ οὖν προθέσεις οὐ κατάρχασαι τῶν λέξεων ὄμολογον ἔχονται**) τὴν μετάθεσιν κατὰ τὰ δευτερεύοντα ἡ μετατιθέμενα κατὰ τὴν ἀρχήν πάλιν γὰρ αὐτὰ (O. Schneider Diar. Marburg. 1843 p. 652) δεύτεραι γιρόμεναι καὶ τῆς δεύτης τάξεως στερούμεναι ὄμολογοῦσι μετατεθεῖσθαι — non ambigo quin ex A pr. scriptura καὶ (male Bekker enotavit καὶ) τα δευτερεύοντα η μετατεθείμενα κτλ. nihil aliud eliciendum sit nisi hoc, ne una quidem immutata litera: καὶ τὰ δευτερεύοντα ἡ μετατεθείμενα κατὰ τὴν ἀρχήν. — 312, 24 καὶ πρόθεσις ἡ ἔν, ἡ σύν, ἡ ἀνά Bekker edidit spreta codicis A auctoritate; is enim exhibet τις η συν η κατα η ανα. Ex his efficiendum puto καὶ πρόθεσίς τις, ἡ ἔν, ἡ σύν, ἡ κατά, ἡ ἀνά. — 319, 12 ἐξ ὧν καὶ ἡ ἀφορμή A pr. η om. cet. Cf. 62 A 8 καὶ ἵσως ἡ ἀφορμή ἐκ τοῦ κτλ.

*) 77, 27: τοῦ ποιητοῦ, δέ συνήθως ἐλλείπει τοῖς ἀρθροῖς.

**) = ὄμολογοῦσι τὴν μετάθεσιν 307, 4; κατηγοροῦσι τῆς μεταθ. 306, 3, indicant metathesin esse factam.

320, 13 — 321, 4: De διότι et καθότι vocibus quaestio instituitur*). Grammaticus postquam exposuit, non synthesin esse sed parathesin statuendam διά praepositionis causalis cum accusativo aliquo (318, 14 — 320, 13 et 321, 4 — 321, 16 vid. Uhlig. p. 26), in id iam inquirendum esse monet, sitne accusativus ὅτι ab ὅτις ductus, an ὁ τι ab ὅς τις derivatus. Posteriorem autem rationem probandam esse vel e masculini et feminini formis cum διά praepositione coniunctis patet fieri evincit. Masculini enim et feminini generis accusativi (δι' ὅν τινα, δι' ἡν τινα, δι' οὗς τινας, δι' ἄς τινας) quod non congruunt cum nominativis, ut in neutro fieri solet, sed diversi sunt, cumque omnes illae ὅν τινα, ἡν τινα, οὓς τινας, ἄς τινας formae non ad ὅτις, sed ad ὅς τις pertineant: inde τὰ τῆς διαστολῆς ἔσδηλα ἐγένετο, i. e. inde apparuit, in ὃ τι vocula διαστολὴν non minus locum habere, quam in ὅν τινα, et utrumque ex duabus vocibus constare (cf. 502, 19). Haec cum desideretur sententia, exoptatam adhibebis loco in editionibus turbato medicinam ex praestanti scriptura petitam A pr., qui et v. 21 εἰ μὴ omittit (de qua re nihil monuit Bekker) et οὐδέποτε ante συνεμπίπτει (in A εμ erasum) ponit, hunc in modum: ἴδον γάρ καὶ ἐπὶ τῶν ἐτέρων γενῶν, λέγω τοῦ τε ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ, ἂ δὴ κατ' αἰτιατικὴν οὐδέποτε συνεμπίπτει, τὰ τῆς διαστολῆς ἔσδηλα ἐγένετο. Iam ipsum confido locum magis perspicuum esse quam Uhligii explanationem (p. 26): „et enim in masculino genere quoque et feminino invenitur διότι [vel potius inveniuntur quae ei respondent].“ Qua in re uti ab illo dissentio, ita comprobo, quod eam disputationis partem, quae sede mota erat (321, 4 — 15) suo reposuit loco; qua in parte hoc monitum volo, v. 5 δεῆσον, v. 10 προσανταποδίδοται (quod reiiciendum est), v. 22 παρακατατιθέμεθα (παρακατατιθεμαι m. sec.) v. 26 συρρωνται non συνρρωνται legi in A. m. pr. scripta. — 323, 14 αὐτον in A; repono αντῶν. — 335, 5 ἐν ἵσῳ ἔστι et v. 27 παρεπόμενόν ἔστι A pr.

Quem ad modum supra genninam scriptoris manum ex A pr. eruimus, ita hoc loco 334, 20 non ex coniectura, sed ex unius optimi libri testimonio petimus medelam. Agitur de talibus vocibus quales sunt Οὐλυμπονδέ, οἰκονδέ, ἀγρόνδέ; qua quidem quaestione Apollonio ipsi negotium videtur facessitum, cum suam de re illa sententiam mutaverit. Missa igitur faciamus quae 84 A de his vocabulis profert; omnino enim cum placitis quae aliis locis proposuit pugnant. (Lehrs q. e. p. 40 Skrzeczka I. p. 17). Quaerendum autem ut alias ita his in vocibus: 1) sitne synthesis an parathesis facta; 2) cui partium orationis generi adnumeranda sint (*μερισμός*); 3) quam habeant notionem (*ἔννοια*) quemque in oratione usum et locum (*σύνταξις*). 1) Ac primum quidem multis argumentis comprobasse sibi videtur technicus, parathesin statuendam, itaque δέο μέρη τοῦ λόγου accipienda esse (cf. 595, 8; 333, 27; 341, 2; 594, 1), accusativum easum et δέ coniunctionem κατὰ τοπικὴν σχέσιν. 2) Quae cum ita sint, de μερισμῷ omnino ambigi non potest. Nam alterum vocabulum quoniam est substantivum, alterum coniunctio, utrumque suae attribuatur classi necesse est. 3) Sed nascitur inde quaestio difficilis de notione et constructione, quae, licet due sint

* cf.: 508, 26 sq. 337, 20. 509, 20. 320, 2.

in illis orationis partes coniunctae, fieri tamen non potest quin sit una eaque adverbialis. Neque id initiatitur Apollonius: 592, 20 ἐστὶν ἐπιδόηματικὴ σύνταξις, οὐ μὴν ἐπιδόηματικαὶ φωναί; 593, 22 σύνταξιν ἔχει ἐπιδόηματικήν, οὐ μὴν μερισμὸν τὸν κατὰ τὰ ἐπιδόηματα; 333, 27 παρεστήσαμεν [δὲ ex A. pr. addendum] — ως — δύο μέρη λόγου καθεστῶτα εἰς σύνταξιν μίαν ἐπιδόηματος παραλαμβάνεται; 334, 22 δύο μέρη λόγου ἐστί, τῇ μέντοι ἐξ ἐκατέρου συνόδῳ ἐν τι παραφίσταται. Idem valet de eis vocabulis (*εἰςδό*, *ἐνῷ*, *ἀφ'οὐ*), quae cum praepositis per parathesin praepositionibus adverbiale induerint notionem, falso κατὰ τὸν μερισμὸν in adverbiorum numerum ascripta sunt (*ἐκ συντάξεως προθετικῆς πρόληψιν ἀνεδέξαντο ως εἴη ἐπιδόηματα*). Nihil enim de eis iudicandum nisi hoc, parathesi praepositionis articulique facta temporalem illa induisse notionem (*ώς ἐκ παραθέσεως προθετικῆς καὶ ἀρθρικῆς συντάξεως παραφίστατο χρονικὴ σύνταξις*), ita ut utrumque suum aspirationis accentusque signum (*τὰ παρεπόμενα*) conservet. Inde fit ut praepositio quidem nullo tono, οὐ φίδη suo tenore suoque spiritus signo proferantur. Nec temporalis vis ususque horum verborum habet quo offendaris; nam consimili modo etiam nominibus cum praepositionibus per parathesin coniunctis, quamvis sint duae in eis orationis partes, vis subiecta est localium adverbiorum (*ἐν οἷς = οἷοθι, ἐκ Λέσβου = Λεοβόθεν*, 333, 23). Ac ne hoc quidem mirum quid sit quod *εἰςδό* quidem tempus, locum *ἐν οἷς* significet; *οἷος* enim antea iam illam habuit significationem; contra in *ἔσοδο* similibusque cum insit articulus, qui ad res tempore praeterito factas refertur (*ἀρθρα, οὐδὲν [τὸ adde ex A. pr.] τοιοῦτον οημαίνοντα ἢ μόνον ἀναφρογικὴν ἔργοιν, ἢ τις χρονικὴν ἔμφασιν παριστέσθιν, εἰ γε τὸ ἀναφέρειν χρόνου ὑπόμνησίς ἐστιν*): iure meritoque *ἔσον*, *εἰςδό*, *ἐνῷ* tempus indicant. Iam vero eo res perducta est ut ad eum quem supra diximus locum revertamur. Ibi enim Dyscolus postquam multis exposuit verbis, ut supra demonstratum est, duas inesse orationis partes in *εἰςδό* e. q. s.: ne quis sit qui sibi persuadeat, non posse iam *εἰςδό* adverbii vim usumque habere, haec adiungit: *οὐκ ἐπεὶ δὲ* (ex A. pr. Uhlig 32) *ἐκ παραθέσεώς φαμεν τὰ τοιαῦτα μόρια συνίστασθαι, πάντως καὶ κατὰ τὸν μερισμὸν τὸν μερῶν τοῦ λόγου* (v. s.) *τῆς συντάξεως* (scil. adverbiorum) *ἀποστήσεται, καθάπερ γε καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ λόγου συντάξεως ἀποστήσεται τῷ παραλόγῳ τὸν εἰρημένων φωνῶν*. δύο μέρη λόγου ἐστί, τῇ μέντοι ἐξ ἐκατέρου συνόδῳ ἐν τι παραφίσταται (v. s.). *διὸ καὶ ως* (quasi v. Symbol. philol. Bonn. p. 473) *ἡγωμένα αντὰ παρεδέξαμεθα* κτλ. In quibus primum moneo illa συντάξεως *ἀποστήσεται* in A non manum primam exarasse, sed correctorem ex deterioris stirpis codice, in quo interpretandi caussa ex eis quae antecedunt repetita erant, adiecisse. Hoc autem voluit Apollonius verbis *καθάπερ καὶ τὰ ἄλλη μέρη τοῦ λόγου* (supple: *κατὰ τὸν μερισμὸν τὸν μερῶν τοῦ λόγου τῆς συντάξεως οὐκ ἀποστήσεται*): „quem ad modum etiam ceterae orationis partes habent constructionem aliquam sive vim ac notionem, quae cum eorum merismo non congruat.“*) Huc accedit quod, quae in reliquis libris et A. sec. extant τῷ παρα-

*) 487, 29: (*ὅ η διασαφητικός*) *Ιδιον ἔχει πάρα τοὺς προσειμένους συν[δέσμους]* *τὸ εν ἀρχῇ μη παραλαμβάνεσθαι, καθάπερ* *[έχουσιν]* *οἱ τε διαζευκτοὶ καὶ παραδιαζευκτοί*, quos licet in initio sententiae ponere.

λόγῳ, in A pr. clarissimo literarum ductu sic leguntur: *τῷ γὰρ λόγῳ* (*τῶν εἰρημένων φωνῶν*: ratio enim vocum *εἰς* — *ὅ*, *οἶκον* — *δέ*, ea est ut), quae cum eis quae sequuntur coniuncta sententiae optime quadrant; v. 22 inter *μέρη* et *λόγου* additur *τοῦ*. Quibus expositis, locum ut uno oculorum obtutu collustrare possis, integrum transcribam: *οὐκ ἐπεὶ δὲ ἐκ παραθέσεώς φαμεν τά τοιαῦτα μόρια συνίστασθαι, πάντως καὶ κατὰ τὸν μερισμὸν τῶν μερῶν τοῦ λόγου τῆς συντάξεως ἀποστήσεται, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα μέρη τοῦ λόγου. τῷ γὰρ λόγῳ τῶν εἰρημένων φωνῶν δύο μέρη τοῦ λόγου ἔστι, τῇ μέντοι ἐξ ἐκπέραν συνόδῳ ἐν τι παραθέσεσθαι.* Ceterum hanc scripturam nec adnotavit Bekker, et ita profert Dudithius, ut ipsius conjectura esse videatur; quarum quidem rerum nescio utra magis mira dicenda sit.*)

Cum iis de quibus disputavimus artissime coniunctus est locus hic 340, 18 sqq. Ibi enim quaeritur in *ἔξαιφνης* sitne compositio cum articulo facta ut non solum notio sed etiam forma adverbialis evadat: an apposita praepositione notio, non forma adverbii? Eius generis discimus esse permulta, quae non sint adverbia composita, sed usum habeant adverbiorum; iis *ἀντιπαραστατικαῖς* adverbia genuina per paragogen derivata: *εἰς οἶκον* — *οἴκαδε*; *ἐξ οἶκον* — *οἴκοθεν*; *ἐν οἴκῳ* — *οἴκοι*. In A pr. non est *οἴκοι*, sed *οἴκοθι*; id vel ideo quod magis concinit cum eis quae antea allata sunt exemplis *συλλαβικῶς* derivatis, recipiendum videtur; cf. 621, 17. — 341, 17 *οὖν* particulam quamvis perhibeat Bekker ex A accessisse, tamen non est in codice.

Haec habui quae in libris qui sunt de constructione duce A pr. emendarem. Quibus alia possim addere ex ceteris libris petita; ea tamen, ne a proposito aberremus, alio loco expromere libebit. De altera enim manu in animo iam est breviter disserere. Ac manu secunda, quae literis minutis illis quidem, sed accuratissime pictis additamenta exaravit, in universum moneo sive in margine sive in ipso verborum ordine ascripta esse plurima in libris de constructione, pauca in libris de coniunctione et de adverbio, nihil fere in libro de pronomine. Quid sit autem quod moverit Bekkerum, ut hoc illud „margini A“ vel „man. recentiori“ vel „correctori“ deberi indicaret, praeteriret silentio intempestivo aliis locis sexcentis, me non satis perspicere profiteor. Eius rei ne desint testimonia, eos primum locos afferam, ubi Bekker bonas scripturas esse in A manu quam nos secundam dicimus additas, ita monet ut aut dicat: „haec om. pr. A.“: 9, 17; 78, 17; 87, 10; 90, 19; 91, 22; 100, 5; 104, 22; 108, 3; 129, 23; 144, 8; 255, 9; 292, 12; 340, 1; 343, 18; aut: „haec in marg. ponit A“: 12, 5; 66, 27—67, 1; 82, 12; 85, 7 (quo de loco v. infra); 90, 2; 94, 5—9; 108, 28—109, 1; 114, 21; 116, 23; 134, 17; 154, 23; 161, 23—27; 168, 26; 176, 2—4 (quae Bekker adnotavit ad 175, 28, corrigas quaeso hunc in modum: 176, 2 δι' ὅν S

*) In eiusdem generis sive vaticinio sive latrocinio hominem doctissimum deprehendimus etiam 144, 4 η pr. A. cum ῥσ. Dud. οὐδὲ S; nam ῥσ. appictio indicavit illam conjecturam esse. Quid multa? Dudithius quin ipse codice A usus sit in dubium non vocabis, ubi praeter hunc locum alias adhibueris, velut hos 331, 13; 334, 23; 141, 21; 145, 24. 27; 156, 21; 169, 1; 170, 6; 178, 2. Has omnes eum aliasque „non poenitendas annotationes, quae in Porti libro non erant“ (Sylb. Epist. Dedicat. p. 2) ex Sophiani thesauro hausisse cum per se non sit veri simile, tum omnis, si quid video, de hac re tollitur dubitatio hoc uno loco 153, 24, ubi videoas quaeso quea adnotavit Sylburgius.

et A qui totum hoc δι' ὅν — 176, 4 ὄγματος in margine habet m. sec.; ἵσ. δι' ὅν mg. Sylb. 176, 3 δύναιντο A sec.); 259, 15; 543, 7; 576, 8; 597, 22; 617, 9; aut „rec. man.“: 78, 16; 154, 4—8; 171, 10; 313, 17. 24; aut „in litura“: 108, 9; 85, 16; aut „corr. A“: 300, 5; 317, 6. Ex his autem si quis iudicium fecerit de recentioris illius manus indole ac ratione, valde erraverit; permultis enim aliis locis quae sive omissa sive negligenter scripta sunt manu prima, secunda et expletur et corriguntur: de quibus ne uno quidem verbo monuit Bekker. Quorum ex numero aliquot locos eligam: 66, 23 εὐλόγως; 82, 20 τὸ ὄγμα; 100, 13 ὁδί; 102, 12 τοῖς; 108, 9 ἐπεὶ—οὐκ; 10 παρεπομένων; 110, 25 τόσος; 123, 2 ἐκ—τούτῳ; 125, 24 ἡνίκα; 127, 2—3 θος—ἔσομαι; 132, 13. 14. 16 εἰ; 141, 26 γάρ—λείπει; 148, 7 ἐνθεν—δυσέφικτον; 154, 11 εἰ et πρώτῳ; 23 εἰ—26 φορεῖν; 27 γε μήν; 163, 15 ἀπό—σάκος; 172, 12 πρόσοδος—13 καὶ; 178, 3 οὐσῶν; 20 χηναλώπηξ; 179, 1 ὅπερ—ἐνεχώρει; 180, 5 τό—κι; 24 φασι; 181, 5 καὶ—αὐτοὺς; 184, 14 κός—μέγας; 187, 3 ἐπέχορητο; 189, 21 τοιανταὶ—ἔχει; 191, 16 παραγωγὴν et κατὰ τὸ; 23 ἡμᾶς; 192, 25 εἰς; 199, 27 τὸ συνώνυμον — 200, 4 γάρ (199, 7 est ἀπήντησε); 202, 13 πάλιν — 16 ἀκονουσιν (in A est κατὰ τὴν πτῶσιν καὶ κατὰ τὸν ἀριθμόν); 204, 7 τῆς — 10 ἐπιόγμάτων (v. 9 haec exhibet σύνταξιν τὴν τοιαύτην σύνταξιν ἀκρ.); 206, 11 καὶ — 12 ἀκολουθία; 207, 9 γράφειν ἡμᾶς; 212, 8 κυανοὶ — 12 ἀνήρ; 219, 6 τῷ — 7 ταντά; 231, 10 περιπατεῖν — 11 περιπατεῖν; 235, 26 εἰχε — 27 ἀποδεῖ ἀπο; 236, 14 οὔτε — 15 ἰδιώματα; 238, 3 καὶ — 5 στῆραι; 240, 18 πάντως; 248, 15 πράγματος; 250, 7 οἷς; 9 Εἴμαιε; 252, 6 ἥ εἰς — 8 θεοί; 255, 10 καὶ — 15 ἀριθμήσω; 260, 7 ἥ καὶ — 8 πλειόνων; 11 ἥ — 12 νοοῦμενη; 261, 2 ὄντες — 6 ἀνθρώποι (ubi v. 5 καὶ τοῦ); 17 ὡς — ὥν; 25 διανοεῖσθαι — 27 ἀνθρώποι; 264, 3 εἰμὶ ἴθι; 268, 26 ἐν ἴσω — 27 Τρόφων; 271, 15 λέγωσι; 272, 4 ἐπιστῆσαι; 274, 27 τοῦ — 275, 1 παρεδρεύονσαν; 276, 10 κατ’ — 15 ἔγκλισις; 277, 11 τὰ — 13 τύπτεται; 281, 28 καταγινομένων; 287, 11 προσγενομένης — 13 καριζεσθαι (in A. est v. 12 καὶ συνούσης); 294, 28 ἄδω — 295, 5 καριζομαι (in spatio m. pr. vacuo relicto); 299, 6 περι; 300, 17 οὐ — φροντίζει; 301, 17 καὶ ὑποτακτικόν; 309, 5 ὡς; 14 εἰκον; 28 ι in καταὶ et ὑπαὶ; 310, 25 διά — 27 πτῶσιν; 311, 15 ἐν; 19 εἰ — λόγον 313, 18 λέγω — 20 τοῦ ν; 314, 25 μὲν; 315, 14 ἔδραμον — 15 καμπτῆρα; 317, 1 καὶ — 3 μικρόν (v. 1 est καὶ τὸ); 18 ἐν — τιθεσθαι; 319, 1 ὅτι — ἀναγινώσκω (ib. διαφορούσης, ο man. sec.); 25 ἄλλας; 320, 9 ἄλλα — 11 ἔστιν; 14 εἰ; 321, 22 εἰ; 322, 23 οὗτος — 26 προθέσεως (v. 26 est ἀμεταβλήτον κατὰ m. pr.); 323, 21 ουμην; 26 μήν; 324, 4 ὄνόματος; 6 ἐκ τῶν προκατ; 325, 26 ἴδιᾳ — 27 καθό (v. 27 est παραδεδέχθαι); 326, 2 ἔξ; 13 ἥ; 21 καθιζόμην; 327, 17 μετοχή; 328, 1 τῶν — παράθεσιν; 16 ἐν τῷ; 330, 21 οὐ; 332, 16 τάς 335, 25 ὡς περ — κοιραγχᾶν; 340, 20 νοιαν; 490, 15 καὶ; 491, 26 οὐδὲ (antea erat οὐ); 497, 21 καὶ; 504, 16 τῆδε; 507, 13 ε post συνδέσμων pr.; ν καθίσταται m. sec. in ras.; 510, 17 ποιητικόν erat pr.; ποιητικῶς sec.; 511, 33 ἐπιτελεστικόν pr.; ἀπο. sec.; 514, 23 προῆξε; 517, 2 τοσήμους; 542, 11 τὸ ὁσθυμεῖν in spatio vacuo relicto; 543, 7 τὸ τοιοῦτον; 560, 16 ἀπ ante ἀρτιζοται; 562, 29 ἥλιος; 571, 7 τό; 8 καὶ — 9 ἀναλογώτερον; 577, 27 κατά; 589, 33 καὶ φωνῆς — τῆς; 597, 12 τὸ αἰτωλός;

599, 13 ἥ πρὸς Αεσβόθεν (v. i.). His igitur locis quae in A pr. lacunosa erant, manu secunda recte explentur. Unde iam satis appareat, eam esse A pr. indolem, ut eniteat in eis quae exhibet, scateat lacunis. Quibus ut medelam adhiberet et hic illic vitia ut tolleret, dubium non est quin librum excusserit corrector nunc deperditum. Eum si quis sit qui deterioribus B D M affinem fuisse contendat, valde assentiar: concinit enim cum iis permultis locis iisque apertissime interpolatis: verum nec B eum fuisse nec D nec omnino unum ex depravatis, vel ea ex re appareat, quod in ipsa illa syntaxeos parte, ubi deficiunt B C D M (137, 19 — 181, 18), haud pauca ascripta sunt a correctore, quae nequaquam sapient interpolationem (144, 4 οὐδὲ S A sec.; ἥ A pr. ἵσ. Dud.; 144, 8 ἀπλῆν; 146, 10 — 13; 164, 10 τὰς γενικὰς ἐπὶ κτῆμα φέρεσθαι A pr. ταῖς γενικαῖς αὐτὸν κεχρῆσθαι πρωτοτύποις ἀντὶ κτητικῶν A sec. in mg.; τὸ γενικᾶς αὐτὸν κεχρῆσθαι πρωτοτύποις ἀντὶ κτητικῶν S. e. q. s.). Accedunt autem argumenta alia gravissima, quibus comprobatur, libro usum esse correctorem illum a ceteris omnibus diverso; nam et quae 11, 27 οὐδ' — 28 ἔπεισεν m. sec. servata sunt („Haec recepi ex mg. A“ Bekker) Priscianus testatur esse genuina (II. p. 116, 18 Keil); neque quisquam unquam dubitavit quin sint Apollonii quae 308, 10 μένον — 11 σύνταξιν m. sec. margini ascripsit („Haec sumpsi de mg. A“ Bekker). Quibus et illud quod dixi comprobatur et hoc, quaecunque manus secunda addidit pluris facienda esse quam deteriorum quotquot sunt scripturas; debentur enim illa codici et antiquiori et locupletiori, ex quo ipso nescio an interpolatorum librorum archetypus (X dixit Dronke) originem duxerit.*)

His igitur ita comparatis, praesertim cum non ignoremus quam multa in A pr. sint omissa, ea quae A sec. auctoritate nituntur uti caute examinanda ita non prorsus spernenda sunt, ubi non produnt interpolatorem. Sequitur iam ut ex eis quas communes habet manus secunda cum aliis libris scripturas, aliquot eligamus percensendas. Quarum in numero sunt haec: 74,9: διὰ τὴν δύσωνυμίαν A pr.; διὰ τὴν προειρημένην δ. A sec. cum cet. Eiusmodi voces qualis haec est cum centenae interciderint in A pr., facile adducor ut illam servandam esse censem. Idem fere valet de his locis: 78, 10 τοῦ συνδέσμου A pr.; τοῦ δαΐ συνδέσμου A sec. cum cet; 87, 2 ὑποταπτικῇ A pr.; ὁ συντάξει A sec. cum cet; sed vereor ne spurium dicendum sit additamentum εἰν βοῶμαι εἰν γελῶμαι, quod 271, 16 est in A sec. (B?) C D M, deest A pr., ut iure meritoque eiecerit Bekker. Neque receperim in verborum ordinem alteram versus partem (Phoen. 599 Kirchh.), quam addit A sec. 496, 17; nec οἵζοι illud quod 615, 16 inter τὸ et οἴζοθι adiecit m. sec. Sed quae 85, 15 sic leguntur in libris: καὶ πρόσηλα μὲν τὰ διάφορα τῆς φωνῆς καὶ τὰ (ex A pr.) τῆς τάξεως, οὐ μὴν A pr. καὶ in rasura, ut videtur, man. sec.; sequuntur τὰ τῆς συντάξεως in margine man. sec.; δυσχερέστερα δὲ τὰ τῆς συντάξεως S ex P; omitt.

*) Idem Uhlig suspicatur de scripturis mutatis ab altero correctore: duos enim fuisse sibi persuasit (p. 9). Qua de re cum iudicari nequeat nisi examinatis ad unum omnibus locis, nunc quidem ampliandum censeo. Sed utut est, hoc pro certo affirmo scripturas has 159, 4. 299, 6, quarum alteram huic alteram illi tribuit correctori, ab una eademque esse manu, quas diximus secundam.

C D M (B?): ea adhibito A sec. ita restituenda sunt ut extant in A: *οὐ μὴν καὶ τὰ τῆς συντάξεως*. Nec magis videntur spernenda quae 134, 20 post *νοῦν* sec. addit *καὶ σφῶν* (cf. 109 B), et 147, 27 *λέγω* (*λέγων* est in cod; deficiunt B C D M); et 505, 19 *διηνεκές*, quo Naekius Callimachum suum locupletavit. Eodem duce usus medicinam afferre conabor huic loco 146, 15. Non ubique ἐ οὐ οἱ orthotonomena pronominum compositorum (vel reflexivorum, ἑαντόν e. q. s.) vim habent, sed est ubi recto tenore proferantur aut oppositionis (*διαστολή*) aut copulationis (*συμπλοκή*) caussa, aut quia in initio enunciati collocata sunt. Itaque absonum est si quis his in versibus (Il. V, 64): *Ἄρμονίδεω — ὅς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐίσας ἀρχενάκους αἱ πᾶσι καπὸν Τρώεσσι γένοντο οἱ τ' αὐτῷ* in verbis οἱ τ' αὐτῷ ideo offendat quod οἱ hoc loco orthotonomon sit nec ad subiectum referatur. Nam etiam si lex esset, ut usque pronomina tertiae personae orthotonomena reflexive usurparentur, hoc tamen loco ferri posset οἱ recto tenore scriptum nec ad subiectum relatum, cum omnino ea vocabula quae inclinantur in initio sententiae posita rectum servare soleant tonum (145, 25. 146, 5). Legem autem illam quam modo diximus qui ita hoc loco sustentare student, ut aut in verbi passivi ἐγένοντο locum substituant activum ἔτενε, hunc in modum: ἄς (Uhlig 20) πᾶσι καπὸν Τρώεσσιν ἔτενε καὶ ἑαντῷ — aut ita, ut Comanum secuti ἀπερθατον statuant: *Ἀλεξάνδρῳ ἔτεκτήνατο νῆας καὶ ἑαντῷ*, αἱ πᾶσι κτλ: ii eius modi artificiis quibus nihil proficiunt utuntur, quasi ab ipsa natura lex illa constituta sit (146, 5 — 17): *ἄς φυσικῆς τινος ἀκολουθίας νόμον θεμένης τοῦ αὐτὸς τὴν ὁρθὴν τάσιν ἐν τρίτοις προσώποις συνθέτον ἀντανυμίας μετάληψιν ὁμολογεῖν* (Sed egregie falluntur, lex enim illa ab ipsis, non a natura sancita est; *τι γὰρ ἀν ποιήσειαν κτλ* 146, 17). Sic edidit Bekker, Sylburgianam secutus (B C D M deficiunt), coniecit *τοῦ τ' αὐτός*, Lehrs q. e. 116, n. delevit *αὐτός*, Uhlig 20 proposuit *ἀπλῶς*. At vero A codicis auctoritatem cur detrectaverit Bekker, caussam non video satis idoneam. Neque id fecisset, si recte legisset. In libro enim non *αντως* sed *παντως* legi firmissime assevero. Quod si probaveris, missis omnibus omnium coniecturis scribe: *τοῦ πάντως τὴν ὁρθὴν τάσιν ἐν τρίτοις προσώποις συνθέτον ἀντανυμίας μετάληψιν ὁμολογεῖν*; cf. locum consimilem 145, 26 *τὸ πάντως τὰς ὁρθοτονούμενας εἰς σύνθετον μετάλαμβάνεσθαι*; 78 A 5 *ἔτι αἱ ἐγκλινόμεναι καὶ ὁρθοτονούμεναι κατὰ τὸ τρίτον, ἡνίκα ὁρθοτονοῦνται, πάντως καὶ ἀντανακλῶνται* (Tryphonis sententia est, quam refutat Dyscolus).

His adiicio alios locos, in quibus variae m. sec. scripturae nec extant in ceteris libris nec commemorantur a Bekker: 170, 16 post *τὸν* *ἐμαντοῦ* addit m. sec. *τὰς ἐμαντοῦ* in margine. Id non vereor in verborum ordinem recipere, praesertim cum in ea syntaxis parte versemur, ubi deficiunt B C D M. Aliis scripturis nihil tribuerim, velut 228, 19 *οὐκ ἀν ἡν ἐμποδὼν* (— *οὐ*) A pr. post *ἡν* m. sec. *τι* (v. s.). 343, 27 *τι αὐτόθεν* A sec.; *τὸ α.* A pr. cum ceteris; 488, 10 *ἀποδεικτικός* post *ἀρχήν* additur A sec.; 558, 9 post *γραφὴν* supra scriptum m. sec. *τοῦ κατὰ φύσιν σχημάτων*; 599, 14 post *ἀπὸ Λέσβου* additum m. sec. *πρὸς Λέσβου*; 621, 18 *παρόντα* sic m. sec. mutatum, ut sit *παραδείγματα*; 75, 24 ad *ἐρωμένη* in margine m. sec. ascriptum

τίς ἐρωμένη. Ea omnia, ut ex quibus interpolatio redoleat, iure meritoque reiecta sunt a Bekkero; sed fidei caussa adferenda erant.

His expositis ad tertiam accedimus manum; quae quamquam maiusculis quae vocantur literis additamenta exaravit, tamen speciem tantum antiquitatis prae se fert; est enim recentior quam secunda. Ea nihil fere, quantum equidem dispicere potui, in verborum ordine mutavit, sed annotationes margini ascripsit. Atque, ne multa: quam sit nihil facienda iam satis ex his quae infra scribam interpretamentis intelliges: ad 9, 23 ἡτοι ἀπὸ τοῦ μέν; 305, 23 οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς; 306, 6 ὅτι ἡτοι προταπτικός; 312, 17 ὅτι ἐν παραθέσει ἡ πρόθεσις τῆς εὐθείας οὐ δύναται εἶναι; 317, 23 ἀποσδεεῖς τῶν ἀρθρῶν αἱ πεύσεις; 335, 18 τὰ εἰς ἦ δηλαδὴ δώρια; 342, 4 ἔδανον ἔδων τὸ σπαράγανον ἐν συγκοπῇς; 533, 20 περὶ χρονικῶν ἐπιβόημάτων. Quae cum argumenta sint otiosissima, non gravaremur sane si praetermissa essent a Bekkero omnia. Neque tamen praetermisit; nam quae et ad 8, 7 et ad 130, 6 et ad 10, 3 adnotavit, a tertia manu scripta sunt. Quod si Dronium non fugisset a Bekkero in errorem inductum, profecto glossema illud quod 10, 9 m. tertia adiecit: ὡς ἐν τῷ οὐ μὲν καὶ κολήν (m. tert. κολόν) non inculcasset. Abeat autem unde male pedem intulit. Perpaucis locis in ipso verborum ordine quaedam deprehendimus, quae nescio an man. tert. ascripserit: 312, 22 σταμένην ita immutatum est, ut sit στανομένην; 313, 5 ex κειμενον factum est κεισόμενον; 313, 24: μεθ η Α pr.; inter ης et η additur ει; quae si pluris faceres quam interpolatoris conjecturae facienda sunt, a vero longe aberrares.

Tantum de his, quae libros de constructione maxime spectabant. Progrediamur iam ad eum libellum quo de coniunctionibus agitur. Cuius quae sit ratio et conditio cum per se satis difficile sit dictu, tum res etiam magis eo impeditur, quod omnium ille maxime corruptus est. Fasciculi enim quod antea ab interiore voluminis parte madidi fuerunt, permulta adeo evanuerunt, ut aut nihil aut fere nihil legi possit. Adhibito autem instrumento illo, quo augetur excitaturque oculorum acies, quae videre et eruere potui nunc iam expromam.

480, 10. Coniunctionibus cum non mediocrem curam navaverunt Stoici, tum Posidonius eas sibi illustrandas proposuit libello περὶ συνδέσμων conscripto. Eius sententiam ubi explanat Apollonius, v. 18 post δύναμιν vocem, quae ultima est folii 92 v., integrum folium intercidisse videtur. Nam quae ad sententiam suam de coniunctionibus fulciendam protulerat Posidonius, ea fieri non poterat ut paucis verbis et enarraret et refutaret Apollonius.

479, 21: ἐν ᾧ καὶ τὰ συνεμπεπτωκότα (συνεμπεπτοντα est in A pr.) οχήματα διὰ τῆς συνούσης φράσεως ἐπικριθήσεται (de verbi συνεμπίπτειν notione v. O. Schneider in Diar. Marburg. 1843 p. 563).

484, 21 lacunam commode expleveris exemplo ex eis quae praecedunt ascito [*ἢ φθέγγομαι ἢ οὐ φθέγγομαι*]; nihil enim aliud desideratur. — In eadem pagina v. 24 haec legi: καὶ τούτῳ φασιν et v. 25 η τῷ μὲν μαχομένῳ πάντως; quare totus locus nescio an sic refingendus sit: καὶ τούτῳ φασὶ [*διαφέρειν τὸ ἀντικείμενον*] τοῦ μαχομένου, ἢ τῷ μὲν μαχομένῳ πάντως [τι] ἀντιστατοῦν ἐπιφέρεται. Cf. Prantl, Geschichte der Logik I., 460.

482, 13 τὸ αὐτὸν καὶ ἐπὶ τῶν διαζευκτικῶν, η̄ ἡμέρα ἔστιν] η̄ νῦν ἔστι. Quae sequuntur lacunae, in mentem venit sic explere: καὶ ὡς μὲν σύνδεσμοι καὶ τὰ τὸ συνδεῖν τὰς φράσεις] εἰσὶν, ἀπεδείχθη. ὡς δὲ τὸ ἐπιφερόμενον [οὐ πρᾶγμα Bekker] παρελήφθη μὲν ὑπὸ τῆς συνδέσμου, [διαζεύγνυνται δὲ] ὑπὸ τοῦ δηλούμενον τοῦ ἀπὸ τοῦ συνδέσμου, σαφὲς Bekker γενήσεται ἐκ τοῦ η̄ νῦν ἔστιν. Cf. Bekker. An. p. 963 καὶ οἱ προκείμενοι οὖν σύνδεσμοι μὲν εἰρηνται ἐνεκα τοῦ συνδεῖν τὰς φράσεις, ἐνεκα δὲ τοῦ ἀπὸ αὐτῶν δηλούμενον σύνδεσμοι (corrige διαζευκτικοὶ) ὀνομάσθησαν. ὅλης γὰρ τῆς φράσεως ὄντες συνδετικοὶ τὰ δὲ αὐτὴν πράγματα διαζευγνύουσιν.

484, 1 οὐχ οἶν τέ ἔστι [παντὶ] λόγῳ πάντα σύνδεσμον συντάττειν. λέγω δὲ . . . τὸν δὲ εἰαυτοῦ ἐπαγγελλόμενον συνάφειαν. Refingo λέγω δὲ [λόγον].

486, 12 Bekker lacunam non recte explevit. Agitur de coniunctionibus paradiazeucticis. Quae quoniam possunt commutari cum symplecticis (η̄ νέος η̄ παλαιός = καὶ νέος καὶ παλαιός 485, 18, 20), quaeritur quid sit in caussa cur his non adnumerentur. At interest aliquid inter eas: τὸ μὲν συμπλεκτικὸν ἔξι] ἀνάγνης πάντα τιθησι, καὶ νέος καὶ παλαιός. [τὸ δὲ] διαζευκτικὸν οὐκέτε. Scribe[τὸ δὲ παρα]διαζευκτικὸν οὐκέτι. Nec minus constat Apollonium sic pergere: ἀλλὰ η̄ καὶ τὸ ἐν [η̄ καὶ τῷ] ἐπερρα η̄ καὶ τὰ ἐπιφερόμενα, coll. v. 23, 485, 13*). 489, 4.

Saepissime Bekker quot litterae evanuerint non satis accurate indicavit, haud raro lacunas prorsus neglexit; velut 488, 20 post σύνδεσμοι quinque vel sex, 490, 29 ante ἀλλὰ πάλιν duodecim tredecimve, 492, 6 post ω̄ quindecim sedecimve, v. 9 post δωμ̄ octo fere, v. 10 post ελ septem intercederunt literae. 490, 32 ante δηλοῦ [quinque sexve literarum spatium] αττον.

492, 28 ἔτι γε μὴν πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ὅτε μὲν οὗτος ὑπαντῶμεν πεποιη. ἀποκρινόμενοι τὸ ναι η̄ διὰ τοῦ δρισμοῦ τοῦ ναι πεποίηκα. Lego: ὅτε μὲν οὗτος ὑπαντῶμεν πεποίη[κας]; ἀποκρινόμενοι κτλ. Cf. 532, 6; 246, 27 εἰς γὰρ ἐπερράθησιν τῶν πραγμάτων ἐγχωρεῖ, ἐνίκα φαμὲν γέγραφας; λελάκηκας; καὶ εἰ μὴ εἴη τὸ τοιοῦτον ἀληθές, φαμὲν οὐ. εἰ δὲ ἀληθές εἴη τὸ γεγραφέναι, φαμὲν ναι.

494, 9 Εἰρηνται ὡς τὸ ἀ τοῦ ἀρα εἰς η̄ μετειθετο παρὰ ταῖς ἀλλαις διαλέκτοις, ὑπεσταλμένης τῆς Ἀττικῆς. Inter ὑπεσταλμένης τῆς et Ἀττικῆς ut [κοινῆς καὶ] intercidisse censem.

*) Choer. Epim. 30, 26 ὑποδιαζευκτικὸς δέ ἔστιν ὁ διάφορα πράγματα τιθεὶς καὶ μηδὲν ἔτερον (scribe μηδέτερον) ἐν τῇ αἰτήσει διαιρόν. Can. 4, 25 σημαίνει — σύνδεσμον παραδιαζευκτικὸν, τὸν ἐν τοῖς δυναμένοις δύο εἴναι καταγνόμενον, καὶ τὸν διάφορα πράγματα τιθέντα, καὶ μηδὲν ἔτερον (scribe μηδέτερον) ἐν τῇ αἰτήσει διαιροῦντα. Cf. Cramer An. Ox. I. p. 188 ὑποδιαζευκτικὸς δέ ὁ διάφορα πράγματα τιθεὶς καὶ μηδέτερον ἐν τῇ αἰτήσει διαιρόν. Ad disertivas spectant haec: Choer. Can. 5, 1 (οὐ η̄) σημαίνει — καὶ διασαφητικὸν τὸν αἴρουμενον θν, δύο προτεθῆνται (corrige προτεθέντα) — διασαφεῖ γὰρ τὸ ἔτερον, διερ διαιρεῖται (scr. αἰρεῖται). Choer. Ep. 30, 28 διασαφητικὸς δέ ἔστιν [δέ] δταν δύο προτεθηται, τὸ θν αἰρεῖται. Cramer. An. Ox. I. p. 189 διασαφητικὸς δέ ἔστιν δταν τῶν δύο προτεθητων τὸ θν εἰρηται (scr. αἰρηται). Cf. Et. M. 415, 27 διασαφητικὸς δέ ἔστιν δταν τῶν δύο προτεθητων τὸ θν αἰρηται. 415, 53.

adducor adhibito hoc loco: 490, 3. (*ἀρα*) κατὰ πᾶσαν διάλεκτον, ὑπεσταλμένης τῆς κοινῆς καὶ Αττικῆς, ἡρα λέγεται.

494, 27 καὶ πρός τινων [*εἴρηται* vel *λέλεκται*] ὡς εἴη συνεστῶς (sc. μῶν) ἐκ τοῦ μή καὶ οὐν. Hoc quod reposui, non συνετως est in codice; nec Bekkeri conjecturam σύνθετος codicis scripturae praetulerim.

495, 26 Quem ad modum constanter ē et ὁ literae in ὅν coalescere solent, ita ex his τὸ ἔτερον nihil fieri potest quam θούτερον; itaque θάτερον non ex attica forma quae est ἔτερον, sed ex dorica ἔτερον ortum est: ὡς ὁ ἀνήρ ἀνήρ, ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπος, οὗτος τὸ ἔτερον (cod. ἔτερον) θάτερόν ἐστιν. — 497, 13 ἀμφό[τεροι].

Omnino in hoc libro tam male habito nihil fieri potest commodius, quam ut technicus ex more suo eandem rem iisdem fere verbis iterum tractaverit. Ita alteri loco, ubi placita de ἔκητι vocabulo proferuntur, ab altero petere licet medicinam. Ac primum quidem de merismo agitur (543, 17 — 547, 33 et 497, 25 — 500, 33). De quo sunt qui ita statuant, ut coniunctio sit causalis, ubi idem valet quod ἔνεκα vel χάριν; ubi ἔκοντηδόν significat, adverbium (497, 25 — 30; 543, 17 — 28). Quam sententiam adeo improbat Trypho, ut neutrum esse contendat; non enim posse ἔκητι vel ideo coniunctionibus adnumerari, quod, cum nunquam coniunctiones α privativum assumant, αέκητι sit ex ἔκητι factum α privativo addito (497, 30 . 33; 543, 29 — 544, 4). Cui argumento alterum adiicitur ab Apollonio. Nam coniunctiones appositam, non compositam habent negationem; itaque si coniunctio esset illa, οὐχ ἔκητι, non αέκητι dicendum esset. Atque fac compositionem illam fieri potuisse: tamen vis ac notio obstaret. Causal is enim notio αέκητι voci subiecta esse non potest, cum caussa negetur: itaque αέκητι quoniam coniunctio non est, ne ἔκητι quidem in earum numero potest duci. Tertium accedit argumentum hoc. Οὐ particulam, ubi unum negat vocabulum, cum α privativo commutare licet (οὐ φίλος = ἄφιλος); id ubi fieri non potest, tota sententia tollatur necesse est. Hoc in coniunctiones vel maxime eadit, quippe cum non coniunctionem, sed totum enunciatum spectet negatio. Idem si de ἔκητι et οὐχ ἔκητι valeret, essent coniunctiones; atqui non valet; ergo non sunt coniunctiones (497, 31 — 498, 26). Sed ne in adverbiorum quidem numero reponi posse illa arbitratus erat Trypho; nam nec accentum bene habere, nec formam. Quam quidem sententiam ita redarguit Dycolus, ut, quo modo ortum sit utrumque vocabulum, explicare conetur. Qua in re ab aliis rebus proficiscitur; quem ad modum enim lectuli pedem, si avulsus sit, etsi per se potest esse, appareat tamen antea fuisse particulam rei alicuius ex compluribus partibus compositae: ita sunt etiam voces quaedam quae videantur illae quidem simplices esse, sed tamquam memoriam habeant vocabulorum *) unde natae sunt (545, 31 — 546, 7). Quorum in numero sunt illa de quibus sermo est; nam ἔκητι, quod videtur simplex esse, ex αέκητι ortum est. Quae ubi exponuntur in libro de coniunctione, ibi quamvis lacunosa sit locus, tamen adhibito libro de adverbii refici potest (499, 15):

*) 567, 27: ἀποκοπαὶ ύπομνήσεις ἔχουσι τῶν ἀποκεκομμένων συλλαβῶν.

Ρητέον οὖν ὑπὲρ τοῦ σχηματισμοῦ [τοῦ ἔκητι ὅτι ἀπὸ συνθέτων] πολλάκις ἀποτελεῖται ἄπλα (cf. 546, 1 πάμπολλα ἄπλα ἀπὸ συνθέτων γεγονότα; 547, 29 συνήθως πάλιν ἐκ συνθέτων ἄπλα ἐγίνετο) καὶ δῆ[λο]ντα (546, 3 δηλούσας δὲ τὴν ποτε γενομένην — σύμπηξιν) ὅτι αὐτῶν τὸ πᾶ]θος ὑπαντῷ (convenit cum aphaeresi, cf. 149, 15 τῇ — τηρήσει ὑπαντήσεται τὰ τοῦ λόγου; 524, 25 ὑπῆντα καὶ γραφὴ συνδεσμική) τῇ καλούμενῃ ἀφαιρέσει. [ὅν γὰρ τρόπον] ἐπὶ τῶν ἄπλων σχημάτων (qualia sunt εὖ et ποιητός) τὸ λειπόμενον (velut ποιητός) [πάντως] τοῦ ὅλου δηλούμενου ἐστὶ παραστατικὸν (ποιητὸς = εὖ ποιητός apud Homerum). τὸν αὐτὸν (τὸν αὐτὸν est in codice) [δὴ τρόπον καὶ] τὸ λειπόμενον ἄπλοῦν (velut φρονέω) δηλώσει τοῦ ὅλου τὴν σύνθεσιν (apparet φρονέω non ex φρήν sed ex ἄφρων vel ἄφρονέω factum esse; σύνθεσιν est in codice) ἐκ τοῦ δηλούμενον, ἐπεὶ τὸ ἀφηρημένον ἐν λεκτῷ καθειστήκει (= ἐν λεκτῷ καταλιμπάνεται, i. e. aphaeresi facta aliquid superest quod et possit per se dici et vim habeat suam,*¹) 74 C 5; 75 A 1; 568, 24; ἐν λεκτῷ προσήγει 521, 5; τοῦ θεν — οὐ λεκτικῶς προσελγήθότος, ἐν δὲ μόνον παραγωγῇ 608, 31; in codice est καθιστηκει). Quae si recte restituī, sententia haec evadit: Haud raro ubi vocabula desiderantur (simplicia) duo, unum ponitur; velut apud Homerum legimus ποιητός pro εὖ ποιητός, τετυγμένος pro εὖ τετυγμένος; in talibus autem (ἄ περ ἄπλως μὲν λέγεται, συνθέτως δὲ νοεῖται 546, 26) id quod ponitur vel superest (τὸ λειπόμενον) idem valet quod ambo (τοῦ ὅλου δηλούμενου ἐστὶ παραστατικόν, ποιητὸς = εὖ ποιητός), ita quidem ut ex notione quae ποιητός voci subest, colligi possit εὖ subtractum esse. Consimili modo vocabulorum quae per aphaeresin formata sunt ea est ratio, ut ex eorum significationibus coniecturam facere possis de compositis quibusdam vel decompositis verbis, unde illorum sit repetenda origo. Ita ἡνορέη non ex ἀνήρ sed ex εὐήνωρ, φρονεῖν non ex φρήν sed ex ἄφρων vel ἄφρονέω factum est. Habes igitur totum locum sic refectum:

Ρητέον οὖν ὑπὲρ τοῦ σχηματισμοῦ [τοῦ ἔκητι ὅτι ἀπὸ συνθέτων] πολλάκις ἀποτελεῖται ἄπλα καὶ δῆ[λο]ντα, ὅτι αὐτῶν τὸ πᾶ]θος ὑπαντῷ τῇ καλούμενῃ ἀφαιρέσει. [ὅν γὰρ τρόπον] ἐπὶ τῶν ἄπλων σχημάτων τὸ λειπόμενον [πάντως] τοῦ ὅλου δηλούμενον ἐστὶ παραστατικὸν, τὸν αὐτὸν [δὴ τρόπον καὶ] τὸ λειπόμενον ἄπλοῦν δηλώσει τοῦ ὅλου τὴν σύνθεσιν ἐκ τοῦ δηλούμενον, ἐπεὶ τὸ ἀφηρημένον ἐν λεκτῷ καθειστήκει.

Priorem huius sententiae partem ut comprobaret, p. 546, 20 sqq. (499, 31) exempla attulit; alteram quibus illustret, hoc in quo versamur loco proponit 499, 22 sqq., ubi v. 25 scribendum est: εἰ μὴ παρέποιτο σύνθεσις ως δ[ε]ν τῷ] ἀντήνωρ, et v. 28 ἡν οὖν καὶ τὸ εὐήνωρ, [ἀφ' οὐ] κτητικὴ παραγωγὴ ἐπιπτεν εὐηνόρεια ως Ἐκτόρεια κ. . φεια καὶ πρακτόρεια εὐηνόρεια καὶ ἔτι Ἰωνικῶς εὐηνορ[έη] corrigē: πρακτόρεια, εὐηνορέα cl. 546, 19 ἀφ' οὐ γέγονεν ἡ εὐηνορία καὶ εὐηνορέα.

His igitur demonstratis ad vocis ἀέκητι generationem accedit Apollonius, quam ex ipso, ni fallor, haustam habemus E. M. 19, 32; 321, 48. Phavor. ecl. 80, 8. Zonar. 680. Est

*¹) 617, 22: τὰ τοπικὰ παραχθέντα ἀποβολῇ τοῦ δέ οὐκ ἀπολιμπάνει λεξιν σηματινουσαν τι.

autem haec (500, 12 — 33 et 545, 1 — 30). Ab ἀεκάσω verbo ductum erat adverbium ἀεκαστι, unde electa σ litera et α iōnico more in η versa nascitur ἀεκητι. Accentus autem recte retrahitur, et quia σ electa est (δεσποστής — δεσπότης), et quod omnino tenor vocis derivatae, cuius forma mutata est, cum ceterorum eundem in modum derivatorum tono amplius non congruit, sed cum iis quorum assumpsit terminationem (545, 19; 572, 30). Itaque ἀεκητι cum iam non sit adverbium in στι, sicut cetera quae in ι exeunt adverbia barytonos proferendum est. His autem allatis viam corrigendi refingendique satis munivimus (500, 24): [Ἐστι πάμπολλα εἰς τὸ τοι]οῦτο*) παρατίθεσθαι. καὶ ἐπὶ τοῦ οὐν προ[κειμένου δητέον δτι κατ]ὰ ἀμφότερα τὴν βαρύτητα παρα[ιτεῖται, εἰ γε τ]ὰ εἰς ι λήγοντα ἐπιρρήματα ὁξύνεται τότε δτε [παραγώγων]**) χαρακτῆρα ἀναδέδεκται, ὅμηματικὰ μὲν ὄντα [διὰ] συστελλομένου τοῦ ι . . φωνον τον εν (sic scriptum est in codice; emendo: [τοῦ συμ]φωνον[ν]το[ς] = congruentis cum cf. 146, 9 ἔτενεν, ἵνα ἐνικὸν γενόμενον συμφωνήσῃ κατὰ ἐνικὸν τῷ οἶ τ' αὐτῷ; 76 Α ἵνα καὶ τὰ τοῦ τόνου συμφωνῇ καὶ τὰ τῆς σημασίας τῷ ὄνόματι. τοῦ μὲν προτέρου αἰολιστί, ιαστί· τοῦ δὲ δευτέρου ἀκόνητος — ἀκονητί, παμμαχί, πανθοινί. [οὐκέτι οὐτως***) ἔχον τὸ ἀεκητι διὰ τὰ προειρημένα πάθη [μετῆ]ει†) εἰς βαρύτητα, ὅμοιως τῷ ἵψι καὶ αὐθι. ὡς οὖν ἔφαμεν, [τῇ ἀφαιρέσει τῆς α στερήσεως καὶ τὸ ἔκητι ἐγεγόνει.††)

501, 2: οἱ αἰτιολογικοὶ σύνδεσμοι καὶ ἀκολονθίας εἰσὶ πάλιν δεκτείοι καὶ . . ξεως, ὡς καὶ σχεδὸν τοῖς παρασυναπτικοῖς οἱ ἀντοί. . . Refingo καὶ [ὑπάρ]ξεως. Coniunctiones enim „subcontinuative“ ὄπαρξιν et τάξιν significant, ἀκολονθία autem vocabulo (481, 18; 486, 17; 487, 6; 484, 7) hoc loco eadem notio subiecta est quam τάξις habere solet (245, 14 δτι περιπατῶ κινοῦμαι. ὁ περ οὐκ ἀληθεύσει, εἰ ἀναστροφὴν λάβοι τὰ τοῦ λόγου — διὰ — τὸ ἀκόλονθον τὸ ἐκ τοῦ συνδέσμου ἐγγινόμενον; Bekker An. 967, 17 οἱ αἰτιολογικοὶ — πάντως ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ τιθενται); τάξις quid sit docet Schömann Redeth. 209. Neque quisquam dubitabit causalibus ὄπαρξιν (Schömann Redeth. 216) tribuere; caussa enim cur quid sit vel fiat, vera certaque dicatur necesse est. †††)

In iis quae sequuntur, ubi de δτι coniunctione agitur, tria deinceps menda tollenda sunt. Ac primum lacunam expleo certissima emendatione 502, 8 [ξ]τι [δὲ ὁ δτι] σ. ἐτέρων ἔχει σημασίαν λέγω δὲ [διαβεβαι]ωτ[ικήν] ἐν τοῖς τοιούτοις κτλ. Literulae enim ωτ cum extant in codice, confirmatur egregie quod conjectura assecutus est Skrzeczka II. p. 11; apparent igitur, technicum

*) Quae extra uncinas posui, sunt in codice.

**) In codice est ον. An παραγωγικόν? Cf. 571, 4 τὰ εἰς ι λήγοντα ἐπιρρήματα, παράγωγα ὄντα, ὁξύνεται (556, 14), καὶ ἀπὸ διομάτων μὲν παραγόμενα ταῖς τούτων γενικαῖς ισοσυλλαβεῖ, καὶ ἔστιν ἐν ἐπτάσει τοῦ ι κτλ. 560, 29. Io. Alex. 37. Παραγωγά ut et hoc loco et 588, 18, 607, 2, 614, 33 oxytonos scripsit Bekker, ita aliis locis barytonos: 117 B; 12 C; 109, 24; 191, 9; 200, 21.

***) In codice inter τως et ἔχον manu secunda additum est οὖν, post ἔχον κατ. Cf. 545, 16 ἐπει οὐκέτι ὅμοιον ἐγένετο τοῖς προκειμένοις.

†) 545, 17 εἰς τὸν κοινὸν τῶν ἄλλων ἐπιρρήματων τόνον μετίget. Cramer An. Ox. IV, 350.

††) Cramer. An. Ox. III, 350.

†††) 269, 5: ἐπὶ γὰρ γεγονόσιν αἱ αἰτίαι ἐπιλέγονται.

ὅτι διαβεβαιωτικὸν et ὅτι ὑπαρχτικὸν non discrevisse, sed in illo ὅτι γράφω („sane scribo“) aliquod dicendi verbum subaudiri voluisse (διαβεβαιοῦμαι ὅτι γράφω). Ad hunc igitur locum relegamur 319, 6.

502, 21 ἔστι δὲ ἔτερόν τι τὸ ὁ τι ἐν δυσὶ μέρεσι λόγους οὗτως ἔχοντο τὸ τι. Repone λόγου, οὗτος ἔχον τὸ ὁ καὶ τὸ τι. In eadem pagina v. 29 ἐνθεν πάλιν θηλυκὸν ἡ τις, καὶ δῆλον ὡς οὐδέτερον τὸ ὁ τι, ἐν δυσὶ μέρεσι λόγους καθεστηκός, καθότι καὶ τὸ ὅτις καὶ τὸ ἡ τις, scribe ὥστις; de ὅτι enim ab ὅτις ducto in eis quae proxime antecedunt sermo fuit. Res cum satis sit perspicua, nolo nimius esse in ea illustranda, praesertim de qua supra (p. 6) dictum sit.

Sequuntur quae de οὐνεζα disputavit Apollonius. Id quaeritur sitne simplex an appositione factum vocabulum: nam de compositione cogitare non licet, cum οὖν sive pronomen est sive articulus postpositivus (pronomen relativum), componi non possit. (cf. 102 C; Cramer An. Ox. I, 314). Iam vero simplex illud esse vocabulum ut comprobemus, hoc poteris uti argumento: „ea verba ad quae demonstrativa referuntur, simplicia esse solent; itaque ad οὐνεζα cum referatur τούνεζα demonstrativum, inde consequitur illud quod est οὐνεζα simplex esse“. Haec enim sententia subesse videtur verbis 503, 10 τῶν παρατούντων τὰ ἐν ἀνταποδόσει τοῦ τι*) πάντα ἀπλὰ καθειστήκει, ἔως τέως, ἡμος τῆμος, ὄφρα τόφρα. Quae cum corrupta esse censeret Skrzeczka (I, 14) coniecit ante τοῦ τι adiiciendum esse προσλήψει. Verum ubi hunc locum transcriptum habemus Cram. Anecd. Ox. I, 314, prorsus eadem est scriptura: ἀλλὰ κανὼν ἔστιν ὁ λέγων, τὰ ἐν ἀνταποδόσει τοῦ τι παραλαμβανόμενα ἀπλὰ καθειστήκασιν· οἶν τέως ἔως, τόσος ὅσος. Τὸ οὖν ένεζα (corrige οὖν οὐνεζα) ἐν ἀνταποδόσει τοῦ τι παραλαμβανόμενον τούνεζα. Cui rei tantum tribuit Gaisford ut scripturam Etymologici Magni immutaret; ibi enim sic legebatur p. 641, 44 οὐνεζα σύνδεσμος αἰτιολογικός, σχήματος ἀπλοῦ· ἔχει δὲ ξενοιαν σύνθετον, ἀγτὶ τοῦ οὐτινος ένεζα. Ἀλλὰ κανὼν ἔστιν ὁ λέγων, τὰ ἐν ἀνταποδόσει τούτοις παραλαμβανόμενα (τοῦ T Gaisford) ἀπλὰ καθειστήκασιν· οἶν τέως ἔως, τόσος ὅσος. Τὸ οὖν ένεζα (scr. οὐνεζα), ἐν ἀνταποδόσει τούτον (τοῦ T Gaisford) παραλαμβανόμενον λέγεται τούνεζα. Τούτον χάριν ἐν ἀπλότητι καθειστήκασι. Τὸ δέ τούνεζα σύνδεσμος ἀνταποδοτικός. Ad τούτον adnotavit Sylburgius: Significare videtur, quae in redditione usurpatur cum demonstravi τοῦτο significatione. Anon.: Pro hoc τούτον scribendum est τοῦ τον. Cum Etymologico Magno congruit fere Gudianum, praeterquam quod haec adduntur etiam magis perplexa (442, 10) τὸ οὖν οὐνεζα ἐν ἀνταποδόσει τούτον παραλαμβανόμενον λέγομεν τούνεζα, τούτον χάριν ἐν ἀπλότητι καθειστήκασι· τὸ δὲ τούνεζα ἔστι σύνδεσμος ἀνταποδοτικός. Sed ut ad Apollonium revertamur: quae v. 12 sequuntur nescio an sic legenda sint: εἴπερ οὖν [τῷ] οὐνεζα ἔστι καὶ [τούνεζα ἀντ]αποδόμενον, γνώσιμον ὡς τὸ προκείμενον [ἀπλοῦν]. Et si quis ex notione colligat vocem non esse simplicem, fallitur; saepissime enim

*) = τὰ τὴν ἀνταπόδοσιν τοῦ τι ἔχοντα, ut est 617, 9 τὰ ἐπεκτειμένα ἔξει τὴν ἀνταπόδοσιν τοῦ τι.

simplices eam vim habent ut duae inesse videantur (*Aἰακίδης* = *Αἰαζοῦν νιός*): [Α]λλ' εὶς καὶ φράσιν ὑπαγορεύει ποτὲ τὸ οὐνεκα, . . . δυσὶ μέρεσι λόγου, εἴγε ἐξ ἀπλῶν πλείονα μέρη . . . Refingo: [Α]λλ' εὶς καὶ παράθεσιν ὑπαγορεύει ποτὲ τὸ οὐνεκα, [οὐ διὰ τοῦτο ἐν] δυσὶ μέρεσι λόγου, εἴγε ἐξ ἀπλῶν πλείονα μέρη [δῆλοῦται]; παράθεσιν enim scribendum esse elucet et ex sententia et ex hoc loco 504, 5 πολὺ δὲ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ προκειμένου σχήματος ἔστι τὸν λόγου παραδέξασθαι, ἐπεὶ παράθεσιν τὸν λέξεων ὑπαγορεύει, καθὼς πρόκειται; ibi autem hic in quo versamur locus respicitur. Nec secum ipse pugnat Dyscolus; hoc enim voluit: „quod οὐνεκα nonnunquam παράθεσιν ὑπαγορεύειν videtur, inde, si nihil argumenti accederet, colligere non liceret appositione illud factum esse; at hoc ubi ad alterum illud de quo 503, 28 dictum est argumentum accessit, habet sane aliquid momenti.“ — Ut *Aἰακίδης*, ita et possessiva et comparativi binarum vocum notionem induunt: ἀλλὰ [καὶ τὰ] κτητικὰ πάλιν ἀπλὰ ὄντα εἰς δύο ὄντοματα ἀναλύεται (cf. 137 C; 37 B; 58, 20; 117, 9) καὶ τὰ συγχροίτικὰ εἰς ὄνομα καὶ τὸ μᾶλλον. Iam dixerit fortasse quispiam, non posse cum τόσα τητίκα ceterisque eiusmodi demonstrativis comparari τούνεκα, cum illa ἐπέκτασιν induant τόσα τοσαῦτα τητίκα τητικαῦτα: — τούνεκα non ita. Άλλὰ πρὸς τὰ εἰρημένα ἀν[τιλέγοι] τις ὡς τὰ ἀνταποδοτικὰ εἰς ἀ ληγοντα ἐπέντασιν ἀναδέχεται, τητίκα τητικαῦτα, τόσα τοσαῦτα, τοῖς τοιαῦτα. καὶ [τῷ] παρὰ τὸ οὐνεκα τούνεκα παρείπετο [ἄν] ή αὐτῇ ἐπέκτασις. Id autem adversarii argumentum ideo concidit, quod etiam τόφρα demonstrativum illa terminatione non augetur: καὶ ισως τὸ τοιοῦτον οὐκ ἄγαν . . . ον (scribe [ἄλογον] vel [ἀναζόλονθον], ἐπεὶ καὶ τὸ τόφρα ὅν ἀνταποδοτικὸν οὐκ ἀναδέδεκται τὴν ἐπέκτασιν (511, 23). Sed quam ille quem primum loquentem fecit Dyscolus legem constituerat, ut simplicia haud raro duorum vocabulorum notionem induerent, ea nimis late patebat; nam in eius modi simplicibus verbis altera illa quae subauditur vocula non inest: *Aἰακίδης* enim significat illud quidem *Αἰαζοῦν νιόν*, sed ipsam *νιός* vocem in eo non deprehendimus. Aliter οὐνεκα comparatum est. Itaque fieri non potest quin duo esse οὐνεκα statuamus: alterum simplex, quod nihil valet nisi quamobrem, (Π. 1, 11); alterum quod et οὐνεκα significat (ea res cuius rei caussa) et ex duabus appositis orationis partibus constat (504, 5) ‘Ρητέον οὐν, ως δὲ τὸ οὐνεκα, ισηγ δύναμιν ἔχον τῷ ὅτι — ἀπλοῦν καταστήσεται · ἐν παραθέσει τε δύο μερῶν λόγου, δῆτε δῆλος τὸ οὐνεκα. Quae hunc in modum quaeso corrigas: ‘Ρητέον οὐν, ως δὲ τὸ οὐνεκα ισηγ δύναμιν ἔχει τῷ ὅτι — ἀπλοῦν καταστήσεται · ἐν παραθέσει δὲ δύο μερῶν λόγου, δῆτε δῆλος τὸ οὐνεκα.

Cum his arte coniuncta sunt quae deinceps de οὐνεκα proferuntur. In quibus laeunam 505, 4 quinque vel quattuor literarum (ita enim in codice comparata est) sic expleverim: κ[ενός]. Usus autem οὐνεκα vocis is est, ut semper cum genitivo coniungatur (cuius rei exempla ex Homero pertinent Od. Π., 206; XV., 233; Π. VI., 356), non cum verbo (τῷ ὁμιατι): cum hoc enim copulari solet illa οὐνεκα coniunctio, quam supra didicimus ita usurpari ut idem valeat quod ὅτι, velut apud Homerum οὐνεκα τὸν Χρύσην ἡτίμασεν (505, 11—14). Sed opponat fortasse quispiam hoc, in ipso illo οὐνεκα ex οὐνεκα coniunctione apposita facto οὐνεκα illud ad verbum referri: at inde

argumentum non potest duci. Nam ubicumque et in *τούνεξα* (sic scribe 505, 14) *τοῦ* genitivus inest parathesi coniunctus, et *οὐνέξα* habet *οὐ* appositum: ibi *ἔνεξα* non ad verba quae sequuntur, sed ad genitivos illos qui praecedunt apparent pertinere (505, 14—16). Quare cave tibi persuadeas *ἔνεξα* omnino cum verbo coniungi. Quod qui fecit Callimachus eam ob caussam vituperandus est.*)

Cf. Et. Gud. 533, 22. 187, 25. 168, 58.

507, 30: *εἰς οὐνά ἔστιν ἀντὶ τοῦ δέ, καὶ ὁ τύπος τῆς φωνῆς καὶ ἔτι ὁ τόνος αἴτιοι εἰσὶ τοῖ μὴ δοκεῖν τὸν μὲν καὶ γάρ ἔνα εἶναι, ὡς ἐπὶ τοῦ αὐτάρ ἐν ὑπολάθοιτό τις τὸν αὖ καὶ τὸν τάρ ε... δε τον τόνον* (*εἶναι διὰ τὸν τόνον* de Velsen Trypho p. 41), *καθὸ γάρ αὐτοὶ λόγοι αὐτοὶ λόγοι εἰνάγει επ' αὐτό* (*αὐτοὶ* legitur in codice, neque quidquam intercidit; scriptum igitur fuisse videtur: *εφ' αὐτόν*; idem coniecerat de Velsen l. s. s.) *τὴν δέξειν.*

512, 21 ubi monet Apollonius, esse coniunctiones causales et adverbia temporalia vel localia, quae etsi diversae sint partes orationis, eandem tamen formam sibi vindicarint: post *αἴτιώδεσιν* in extremo folio 108 r. quinque fere literae evanuerunt; v. 22 lacunam sic expleverim: *ἡ τοπικοῖς συνεμπι[πτόντων δὲ πολλῇ] vel ἀπειροῖς] ἡ ἀπόδειξις.* Eodem loco postquam didicimus ἐπει esse et coniunctionem causalem et adverbium temporale, aliud subiicitur exemplum, quo δόνον demonstratur notionem induere causalem, non localem ut alias: *ὁ δεῖνα ἀγαθός ἔστιν, ὅπου γε φιλεῖ τοὺς ἀγαθούς. οἷον γὰρ τῷ ἐπει φιλεῖ τοὺς ἀγαθούς ἡ ὅτι φιλεῖ τοὺς ἀγαθούς.* Eiusdem generis sunt exempla in eis quae sequuntur allata: quibus declaratur etiam ὅτε ὅπότε non solum adverbia temporalia, sed etiam coniunctiones causales esse; quare non video quid fuerit in causa cur dubitaret Bekker v. 30 sic scribere: (*repete ὁ δεῖνα ἀγαθός ἔστιν*) *ὅτε* (quoniam) *ἀπέδωκε τὴν παραθήκην, ὅπότε γε* (quando quidem) *φιλοπονεῖ* (id ipsum in codice extat).

513, 13 *Χάριν* utrum esset coniunctio an substantivum, grammatici ambigebant. Et Apollonius quidem in eam disputat sententiam, ut *χάριν*, sive genitivus additur sive pronomen possessivum, nihil sit nisi accusativus subtracta *εἰς* praepositione.**) Id ut efficiat, cum alia affert argumenta tum hoc, in talibus quidem quale sit *χάριν* ἐμοῦ licere in *χάριν* vocis locum substituere *ἔνεξα*, sed in his quae prorsus idem valeant *χάριν* ἐμήν non licere. Lego igitur 514, 15 [*ἐπὶ μὲν τοῦ χάριν] ἐμοῦ****) *οἶόν τέ ἔστι παραθέσθαι τὸ ἔνεξα, ἔνεξα ἐμοῦ, ἐπὶ δὲ τοῦ χάριν* ἐμήν *οὐνέται, ἔνεξα ἐμήν.*

516, 14: *καὶ οὐχ οἶόν τ' ἔστιν εἰπεῖν λέγωσι οὐτε λέγωθα* ex A repone.
Fuerunt qui coniunctiones parapleromaticas nihil significare, sed orationis tamquam rimulas explore censerent. At in summo versantur errore. (518, 2 Repono *πῶς οὐνά οὐδὲν πλ[η]ροῦσιν οἱ*

*) Ex totius loci ratione appetat *ἔνεξα* v. 20 Callimachi fragmento adiiciendum esse.

**) Qua in re consentit Greg. Cor. 32. Alii de σχηματισμῷ quidem vel *φωνῇ* nihil praecipiunt, sed de notione; Ammon. p. 81 *ἔνεξα καὶ χάριν διαφέρει. ὁ μὲν γὰρ ἔνεξα φιλήν τὴν αἴτιαν δῆλοι, ὁ δὲ χάριν μετὰ τῆς αἴτιας δῆλοι καὶ τὴν χάριν* (i. e. τὸ *χαρίζεσθαι*). Eustath. p. 1050.

***) Ea enim construendi ratio non prorsus abhorret a Graecorum consuetudine: Eurip. Phoen. 761 Kirchh. *τρέψεις οὐτοις τε τοῦτον τὸν χάριν*. Lucian. Tim. c. 26: *σοῦ αὐτοῦ χάριν*. Hermot. c. 10 *ἔαυτον χάριν*. Suidas in v. *ἐμήν χάριν συντάσσεται ἀντὶ τοῦ ἐμοῦ χάριν παρὰ Πλάτωνι*. Koen. ad Greg. Cor. 32.

σύνδεσμοι, codicis vestigiis insistens). Ea enim illarum est natura atque indoles, ut etsi sit ubi fugiat plerosque omnes quid sibi velint, nusquam tamen nihil valeant. Huc accedit quod omnino, cum loquimur, permultis utimur sive literis sive vocibus quae potest fieri ut absint illae quidem, sed numeri sonique caussa iure meritoque proferuntur. Non igitur illae ideo, quod non sunt necessariae ad rem ac sententiam de qua dicturi sumus illustrandam, adeo sunt nihili ut nec voces nec literae possint dici (520, 29) *καὶ ὡς ἐπὶ στοιχείων οἴον τε ἔστιν ἀναγκαῖον εὑρέσθαι πλεονάσμόν, ἐν ᾧ πάντως τὸ στοιχεῖον οὐ στοιχεῖον, καθὸ ἐπλεόναζε· πάλιν γὰρ παρελαμβάνετο εἰς δῆλωσίν τυνος — καὶ ἐξείσθω ὑπόδειγμα τὸ ἐπὶ τοῦ γ, ὃ μάλιστα πάμπολλόν ἔστιν ἐν τῷ πλεονασμῷ, ἔνεκα εὐφωνίας παραλαμβανόμενον ἐπὶ παντὸς βραχυναταλήτου δήματος, ἔλεγεν, ἔλαβεν, καὶ ἐπὶ δοτικῶν τῶν εἰς ἓ (cod. *σι* quod recipiendum est; cf. 574, 13) παισίν, χοὴ[μα]σιν. οὐ μὴν ἐν τῷ λέγει καὶ λέγειν. νῦν γὰρ ἐν λεπτῷ προσήγει (i. e. ita adiicitur ut aliquid significet v. s. p. 15). ἐκ γὰρ δριστικοῦ ἀπαρέμφατον ἀκούομεν. Vides iam in his ἐν ᾧ πάντως τὸ στοιχεῖον οὐ στοιχεῖον, καθὸ ἐπλεόναζε intercidisse οὐ particulam inter ᾧ et πάντως: „Nam quod interdum πλεονάζειν videtur literula aliqua, inde **non** illico consequitur illam non esse literis adnumerandam; est enim ubi suam habeat vim.“ Quod hoc loco de literis, idem de integris vocabulis praecipitur 517, 13 οὐκ εἴ τι μέρος λόγου — παρέλκεται, τοῦτο οὐχὶ πάντως λέξις; de coniunctionibus 515, 25 ἀμέλει αὐτοὶ οἱ σύνδεσμοι πλεονάσαντες οὐδὲν συγδέουσι καὶ (und dennoch) σύνδεσμοι καλοῦνται.*

521, 16 οἱ μέντοι παραπληρωματικοὶ οὐχὶ ἐν (non unum idemque) ἐπηγγέλλοντο κατὰ τὸ δηλούμενον, εἴγε ὁ μὲν δή περιγραφὴν τινα ἐδήλου, ὁ δὲ πέρι ἐναντιότητά τινα μετ' αὐξήσεως, καὶ ἔτι ὁ γέ μειότητα*) ἡ ἐπίτασιν θαυμασμοῦ. 519, 16 ἔτι ὁ δή ὡς μὲν παρέλκεται, παντὶ προῦπτον ὡς δὲ καὶ πολλάκις μετάβασιν λόγου ποιεῖται, σαφὲς ἐκ τῶν τοιούτων οἱ μὲν δὴ παρὸς ὄχεις φιν κτλ. (Π. XV, 3) καὶ τῶν παραπλησίων. νοοῦμεν γὰρ λόγου ἔκλειψιν καὶ ἀρχὴν ἐτέρον, ὡς καὶ ἐν περιγραφῇ κατελιπάνετο. Utroque loco**) codex exhibet παραγγαρφή. Quam quidam scripturam genuinam esse ut evinceret Sterk Symb. Literar. Batav. VII. 61, scholiarum et Eustathii aliquot locos attulit. Quibus etiam alios potuit addere, velut Schol. B in Π. IX, 1 ὅταν δὲ ἄλλων πραγμάτων ἀρχεῖσθαι μέλλῃ, ὡς οἱ νόμιμοι τῶν ἴστοριογράφων, παραγγαρφὰς ἐμβάλλει μεταβαίνων γὰρ ἐπὶ τὰ Ἑλλήνων ἀπεκορύφωσε τὸν λόγον. At vero prorsus fugerunt illum hi qui sunt in libris de constructione loci: 267, 5 περιγραφῆς γὰρ λόγου σημεῖόν ἔστιν ὁ δή. 267, 28 (ἐπηγγέλλετο) περιγραφὴν λόγου ὁ δή. Accedit quod neque usquam apud Apollonium (praeter locos quos supra scripsi a Bekkero correctos), quantum equidem scio, παρα-

*) Bekker. An. p. 970, 32 καθάπερ ὁ Ὄμηρος τὸν μέν ἀντὶ τοῦ μήν καὶ τὸν δέ ἀντὶ τοῦ δή· καὶ ὁ δή τὸ δά. Corrigi: καὶ τὸν δή ἀντὶ τοῦ δά. Ib. p. 971, 13 καὶ ὁ γέ ἐμφαντιζός ἔστιν ἐκπλήσσεως... σμικρότητα δὲ ὡς ἐν τῷ τούτῳ γέ μοι χάρισαι. Scr. ἐκπλήσσεως [ὧς ἐν τῷ καλώσγε] (cf. 971, 26); μειότητος δὲ κτλ. Ib. 971, 29 τούτῳ γέ μοι χάρισαι. ἐμφασιν ὑπαγορεύει ποιότητος καν τούτῳ. Scr. μειότητος. Cf. 521, 19. 267, 25.

**) Etiam 544, 30 est in cod.: παραγγάφεται τοῦ δέοντος μερισμοῦ.

γράφειν vel παραγραφή vel παραγραφικός occurrit, et verbo quod est περιγράφειν ea ipsa quam expostulamus notio praecidendi subiecta est: 18, 20 ἐπεὶ οὐ περὶ ταύτης σκοπὸς ἡμῖν πρόκειται, αὐτοῦ που περιγραπτέον τὸν λόγον (praecidenda est oratio). Opportunitate oblata quae verbum illud apud Apollonium significet, breviter exponam: 1) definire, certis finibus circumscribere: 121, 5 ἡ ἀστοῖστος ἔννοια τῶν ὁμιάτων. 162, 4 τὴν κτητικὴν σύνταξιν. 186, 9 τὸ εὐχρηστον. 2) incidere, praecidere, finem imponere: 18, 20 τὸν λόγον (521, 17. 519, 16. 267, 5. 267, 28). Cf. Diod. 1, 41 ἐπεὶ τὴν βίβλον — εἰς δύο διηρήκαμεν μέρη — τὴν πρώτην μερίδα — αὐτοῦ περιγράψομεν. Plut. Mor. p. 14 A. Βραχέα δὲ προσθεῖς αὐτοῖς περιγράψω τὰς ὑποθήκας. Euseb. Praep. Ev. 6 p. 280. Ἐνὸς δ' εἴτι μνησθεὶς περιγράψω τὸν λόγον. 3) seiungere, privare,, eximere: 46, 20 τὸ μόριον τῆς τούτων ἰδέας. 48, 10 τοῦ εἶναι ἄρθρον. 162, 11 τῆς κτητικῆς συντάξεως. 103, 10 τοῦ δέοντος. 212, 4 τῆς συνεμπτώσεως. 544, 30 τοῦ δέοντος μερισμοῦ (cod. παραγ.) 531, 14. 4) expungere, delere, tollere (cf. Porson ad Hom. Od. XI, 524. Greg. Cor. ed. Schaefer. p. 437. 857): 6, 3 τὸ ἄρθρον. 113, 13 τὰ ὄντα; 120, 10 τὸ ἔ. 274, 1 ὁ προσγενόμενος χρόνος (aug. syllab). 158, 24 τὴν συνοῦσαν ἀμφιβολίαν. 338, 10. τὴν τοῦ βίου διατριβὴν 252, 20.

Fuerunt qui δὴ et ἡ unam eandemque vocem esse perhiberent, ita quidem ut, quem ad modum ex μίᾳ natum esset ἵα, sic ex δὴ fieret ἡ. Qua in re ab illis dissentit Dyscolus. Nam quid est, inquit, quod in δὴ vocula δ̄ literam statuamus πλεονάζειν i. e. caussa iusta non est quod ex δὴ factum esse putemus ἡ: nihil enim obstat quin δὴ ex ἡ ortum sit, δ̄ litera adiecta. Quorum neutrum probat Apollonius: Οὐδὲ ἐκεῖνο δὲ ὑγιές, καθότι τινὲς πάλιν ὑπέλαβον, ἔνα εἶναι τὸν δὴ καὶ τὸν ἡ, ὡς εὶ καὶ τὸ μίᾳ ἀφαιρεθέντος τοῦ μὲν τῷ ἵα, ἡ τῷ γαῖα ἐν τῷ αἰα. πρῶτον τί μᾶλλον ὁ ἡ πεπλεόνακε τῷ δ̄; scribo igitur p. 525, 2 πρῶτον τί μᾶλλον (Symbol. p. 475 non recte inserui inter τί et μᾶλλον οὐ) ὁ δὴ πεπλεόνακε τῷ δ̄. Tertium addiderat argumentum Trypho: φησὶ δὲ καὶ ὁ Τρύφων ὡς τὰ ἐν πάθει γινόμενα οὐδέποτε παράλληλα τίθεται τοῖς ὅλοις ἡρῷοις, γαῖα αἰα, μίᾳ ἵα, σὺς ὑε. καὶ κατὰ τοῦτο οὖν τὸ ἡ δὴ πολλὸν ἀποιχόμενον Όδυσσης οὐκ ἐν ἐπαλληλότητι ἔχει ἔνα σύνδεσμον τὸν δὴ μόνος ἐπεκτείνεται ἐν τῷ δῆτα. Quae in duas partes divellenda videntur esse; postrema enim verba cum eis quae antecedunt omnino non cohaerent. Sic igitur legendum censeo: καὶ κατὰ τοῦτο οὖν τὸ ἡ δὴ — οὐκ ἐν ἐπαλληλότητι ἔχει ἔνα σύνδεσμον τὸν δὴ. ὁ δὴ μόνος ἐπεκτείνεται ἐν τῷ δῆτα.

530, 33 Bekker: τὰ δύνπόλοιπα τῶν μερῶν τοῦ λόγου ὡς πρὸς τὴν τούτων εὐχρηστίαν ἀνάγεται, τὰ μὲν ἄρθρα πρὸς τὰ πτωτικὰ ἡ ὡς πτωτικά, τὰ δὲ ἐπιδρήματα πρὸς τὰ ὁμιάτα. In A est m. pr. ὡς πρὸς τὰ ὁ.

534, 8 πάλιν ἡ αὐτὴ ἔννοια ἐπὶ τὰ ὄμοια διηκέτω Bekker. In codice est ἡ τοιαύτη.

541, 2 Ὡτὶ ἡ γινομένη αὐτοῦ σύνταξις (sc. τοῦ δεῖ) οὐκ ἐπὶ τὰ πρόσωπα ἔστιν, ἐπὶ δὲ τὸ πρὸς ὃ ἀπαρέμφατον, ὃ ἔστι μονοπρόσωπον. Illud πρὸς ὃ cum ferri non possit, προσώπων legi inbet Skrzeczka II. p. 24. Ego sic sentio illud, ut quod ex πρόσωπα quod antecedit repetito ortum sit, inducendum esse. Cf. 239, 4 καὶ διὰ τοῦτο ἀπάντοτε ἐν τῇ τοιαύτῃ σύνταξι σύντε

3*

πρόσωπον διακρίνει οὕτε ἀριθμόν, ἐπεὶ ὃ συμφέρεται τούτων ἔστιν ἀπαρέμφατον, καὶ δια τοῦτο οὐ συμμετατίθεται τῷ οὐ μετατίθεμένῳ, λέγω δὲ τῷ ἀπαρέμφάτῳ.

541, 17 καὶ σαφὲς ὅτι κατὰ τὴν τοιαύτην σύνταξιν καὶ τὸ γράφειν ὁρθῆς ἔσται πτώσεως διὰ τὸ λείπειν. Ex codice restituo: καὶ σαφὲς ἔτι (id enim scriptum esse videtur) κατὰ τὴν τοιαύτην σύνταξιν ὡς τὸ γράφειν ὁρθῆς ἔσται πτώσεως διὰ τὸ λείπειν.

548, 29 ἐν την τηρήσει extat in codice, sed altera η literae lineola deleta, ut iam sit τινε, quod ipsum coniecit Schömann. In eadem pagina v. 25 est οἶον τὸ πολλάκις κτλ., quod cur spreverit adeo Bekker ut ne commemoraret quidem, non liquet.

490, 25 ἀλλ' οὐχ ὡς τινες, ὁ η ἐν ἀποκοπῇ γενόμενος τοῦ ἥρα. Post ὡς τινες nescio an φήθησαν adiiciendum sit. Cf. 490, 23 καθό τινες φήθησαν. 554, 23; 496, 23; 551, 15 καθότι τινες φήθησαν; 112, 7 οὐχ ὡς τινες φήθησαν; 568, 12 καθώς τινες φήθησαν; 183, 18.

556, 1 ἄνεως quod expostulavit Uhlig p. 22 est in codice. Nec magis accurate 556, 26 quae in codice leguntur transcripsit Bekker: η καὶ παρ' ἐπίρρημα, ὡς ὁψέ ὁψίζω.

557, 18 ἐπεὶ πολλὰ μέρη λόγου, διάφορα δύντα, ἔσθ' ὅτε ταῖς λέξεσι συνοικειοῦνται. Sic scripsit Bekker, at in codice legi συνοικειοῦνται; quare refingo συνωχείωνται.

558, 5 Ἐχομένως σκεπτέον περὶ τοῦ εὗτε καὶ ηὔτε, καθώς τινες ἐπεχείρησαν τὸ εὗτ' ὄρεος κορυφῆσι διὰ τοῦ ἐ καὶ τοῦ ὑ γράφειν, τοῦ κατὰ φύσιν σχήματος ἀπαιτοῦντος τὴν διὰ τοῦ ἦ καὶ ὑ γραφήν. Inter γράφειν et τοῦ man. sec. otiosum hoc insertum est additamentum: τῶν κατὰ φύσιν σχημάτων.

559, 19 post πάθη vocabulum duo literae erasae sunt, quas fuisse suspicor ὡς: ἔσθ' ὅτε γάρ τὰ ἐπισυμβαίνοντα πάθη [ως] [ένω]σιν τῶν μορίων ἀπετέλει, cf. 559, 17 ὁ ἐγγενόμενος πλεονασμὸς ὡς ἔνωσιν τοῦ σχηματισμοῦ ἀπετέλει. 559, 22 δοκεῖ καὶ τὸ ηὔτε ὡς ἡνῶσθαι.

565, 27 παράκειται μὲν γὰρ τὸ σαφῶς τῷ σαφής, οὐ τὸ οὐδέτερον πληθυντικὸν οὐκ ἔχει συνέμπτωσιν ἐν τῷ σάφα· τῷ μέντοι οὐδαμῶς παράκειται τὸ οὐδαμός. (Sic scriptum est in A.) Dronke legi voluit οὐδαμά, qua in re nescio an a vero aberraverit; grammaticus enim parce ut solet verbis usus omisit haec: οὐ τὸ οὐδέτερον πληθυντικὸν ἔχει συνέμπτωσιν ἐν τῷ οὐδαμά.

567, 17 ὅτι γὰρ καὶ δύο συλλαβῶν ἀποκοπαὶ γίνονται, ἐν τῷ περὶ παθῶν ἐδείχθη. τὸ τε γὰρ πρόπαρο οὗτος ἔχει, καὶ τὸ μάκαρ, πηδα, καὶ τὸ ὑμέν παρὰ Καλλιμάχῳ. Bast. ad Greg. Cor. p. 575 probavit πηδά = πηδάλια, coll. Callimacho ed. Ern. p. 580, Casaubon. ad Strabon. VIII. p. 560 ed. Almel.

569, 8 confirmatur Lehrsii et Schoemann conjectura κατ' ἐντέλειαν scriptura codicis.

572, 32—33 lacunas Dronke hunc in modum explevit: διὰ τοῦτο εὑμαρῶς τὰ τοιαῦτα καὶ τὸ σ' ἀποβάλλει πολλάκις τετράκις. τὸ δὲ δίς καὶ τὸ τρίς οὐκέτι [ἀ]π[οβάλλει διὰ τὸ] εἰς ὄξεῖαν προάγεσθαι cl. 578, 15. — 573, 5 est τοῦ οὐχὶ ὄξυνθέντος. — 574, 10 ἔτι καὶ ἄλλα. — 576, 3 τοῦ ὑ Bekker; ὡς ἐκ τοῦ ἐκ cod.; scribendum videtur τοῦ ὑ, ὡς ἐκ. — 576, 7 σαφὲς ἔστιν cod.

577, 30 ἀλλὰ κεφαμεικός τέ φασι ex A restituo. In eadem pagina v. 19 Dronke, cum sententiam mancam esse colligeret, ni fallor, vel ex μέν particula cui nihil respondet, hoc ascripsit additamentum: ὅθεν εὐλόγως τὰ μὲν ἄλλα βαρυνόμενα τὴν ὁξεῖται πρὸ τέλους ἔχει, οὐ δυνα- μένης τῆς ὁξείας [τρίτης ἀπὸ τέλους εἰναι· τὸ δὲ ἄνεῳ προπαροξύνεται, Ἀττικῶς δυναμένης τῆς ὁξείας εἰς] τρίτην (id enim est in codice) ἀπὸ τέλους πίπτειν. Idem 604, 26 scribi iussit: τὸ λεγόμεθα λεγόμεθεν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν ὁμοάτων. [Ταῦτα οὖν τῶν ἐπιόδημάτων] ἔστι διὰ τοῦ ᾧ (Skrzeczka; cod. τὰ) μεθιστανόμενα, ὡς ἔφαμεν, κατὰ τὸ πλεῖστον, πρόσθεν πρόσθια, ἐνερθεν ἐνερθα, ὅπισθεν ὅπισθα.

Versus qui affertur 588, 10 Arati est Phaen. 225 ed. Matthiae; ex eodem poemate (v. 24—25) desumpti sunt qui leguntur 94, 5—7.

599, 13 Quod Bekker verborum ordini inseruit ἢ πρὸς Λεσβόθεν, m. sec. margini ascriptum est; eadem manus v. 14 post ἀπὸ Λέσβου in margine adiecit πρὸς Λέσβου (cuius ne mentionem quidem fecit Bekker); qua in re ita sibi constare debuit, ut utrumque additamentum aut reiiceret aut comprobaret. Ego quidem facile adducor ut in glossematum illa numerum referam.

579, 5 ἀλλ' οὐχ ὡς ἔστι τὰ τοιαῦτα ἐπιόδηματα, παντὶ προῦπτον. Cum Symbol. p. 476 ὡς οὐχ scriberem, idem iam antea Eggerum proposuisse me fugit. Ac nolle in animum venisset. Video enim nihil esse tam insolitum tamque inauditum, quin ab his hominibus grammaticis admittatur; cf. 601, 19 Φησὶν οὖν ὁ Τρύφων ἰδιαίτερον ὡς τὰ διὰ τοῦ τερος πρωτότυπα διὰ τοῦ ὧ παράγεται κατὰ τὰ ἐπιόδηματα. Eundem in modum meam ipse nunc iam improbo coniecturam, ex qua 603, 1 delevi αὐτόν, quod Homerus antea non esset commemoratus, nam etiam 598, 33, etsi Homeri ne uno quidem verbo mentio facta est, tamen sic scripsit ille: εἰς κατάπυκνος εἰς τὸν τοιοῦτον σχηματισμόν ἔστι (sc. Homerus).

613, 11 ἢ γάρ m. ut videtur prima deletum est (περιγέγραπται).

614, 21 in codice est ὡς τὸ ταχὺ ἥλθεν; ib. v. 31 διὰ τῶν φωνῶν.

618, 28 Exempla affert technicus, ex quibus appareat, adverbiorum in ὧ a substantivis derivatorum eandem esse significationem ac nominum a quibus ducta sint: ὅμοιώς τὸ ἄνεως σημαίνει τὸν ἄφωνον, λέγω διοματικῶς, ἀφ' οὐ πάλιν ἐπίόδημα πίπτει τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἔχόμενον τὸ ἄνεῳ καὶ τὸ ἀνανδοῖ; οἱ literas exaravit m. sec. in rasura. Quibus reiectis sic scripserim: τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἔχόμενον τὸ ἄνεῳ καὶ τῷ ἀνανδ[ῷ].

624, 26 ἔστι γάρ παρολὴ ὅμοια τῷ ναιχί, οὐ καὶ οὐχί. Nonne sic supplenda est oratio: τῷ[ναιί καὶ] ναιχί?

578, 11 Ἔτι καὶ τὸ ΟΥΤΩ εἰς κατὰ φύσιν εἰς ὧ λήγει, ἐνεκα τοῦ χρονον τοῦ παρεδρεύοντος σεσημειώσεται · ὅθεν διακριτέον, πότερον ἐν προσθέσει ἔστι τοῦ σ τὸ οὔτως ἢ ἐν ἀφαιρέσει τοῦ σ [τὸ οὔτω]. Sic edidit Bekker; in codice vero est ὑφαιρέσει. Quarum quidem scripturarum utra Apollonio tribuenda sit priusquam expendamus, ea de re quid ceteri praeceperint grammatici circumspiciendum est. Et habemus de ἀφαιρέσις vocabuli notione satis certa testimonia. Greg. Cor. 451 (Schaeff.) (Iones) καὶ προσθέσει καὶ ἀφαιρέσει κέχονται. — ἔστι

δὲ η μὲν πρόσθεσις τῇ ἀφαιρέσει ἐναντία. ib. 452 καὶ πρόσθεσις μέν εστιν, ὅταν ἐν τῇ πρώτῃ συλλαβῇ τῆς λέξεως παραληφθῇ, οἷον ἔνεκα εἴνεκα κτλ. ib. 456 εστι δὲ ἐναντία — η πρόσθεσις τῇ ἀφαιρέσει, η δὲ παρένθεσις τῇ ἐλλείψει.*^{*)} Εστι δὲ ἀφαιρέσις η κατ' ἀρχὰς ἄρσις, ἐκεῖνος κεῖνος. Choerob. Can. p. 84, 15 ἀφαιρέσις δὲ εστὶ τὸ πάθος τὸ ἐν τῇ ἀρχούσῃ γινόμενον, οἶον εστη στή. 127, 13. 315, 30. Eust. II. p. 73, 11. Choer. Epim. p. 31, 3 Τί εστιν ἀφαιρέσις; Ή ἐκ τῆς ἀρχῆς ἄρσις. Philem. ed. Osann. p. 11 αἰψηρός, ἀντὶ τοῦ λαυψηρός, ὁ ταχύς, κατὰ ἀφαιρέσιν τοῦ πρώτου συμφώνου. Thom. M. ed. Ritschl. p. 394, 12 χρῆν — κατὰ ἀφαιρέσιν τοῦ ἐ. Gramm. ap. Greg. Cor. ed. Schaefer p. 675 ἀφαιρέσις δὲ — ὅταν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀφαιρεθῇ γράμμα φωνῆν — εστὶ καὶ ὅταν σύμφωνον ἀφαιρεθῇ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. Diomedes p. 441 K. Ἀφαιρέσις est ablatio de principio dictionis contraria prosthesis, quum aut litera amputatur, aut syllaba aufertur. Claud. Sacerd. p. 29 aphaeresis fit, vel encope, cum a prima parte verbi syllaba tollitur. — Qua in re eum summa sit omnium consensio, qui hodie de re grammatica scribunt fieri non potest quin idem praecipiant. Nec diversa est Apollonii consuetudo; apud eum enim etsi est ubi ἀφαιρεῖν idem valeat quod „privare“ (130, 12; 208, 6; 82 A), tamen ubicunque περὶ παθῶν vocabulorum accutius agitur nihil significat nisi hoc, initium vocis decurtatum esse: 75 Α ἐκεῖνος κεῖνος; 74 Κ ἔστησα στῆσα; 100 Α σέθεν ἔθεν (70 A; 74 A); 72 Α τόσος ὅσος; 603, 8. 15 ἔνερθεν νέρθεν; 557, 20 τὸ ἀφαιρούμενον λείπειν ἔθέλει λέξιν ἀπὸ συμφώνου ἀρχομένην; 499, 28 εὐηνορέη — ἡνορέη; 568, 16 ἀφαιρεθὲν τὸ ἔθέλω τοῦ ἐ — καὶ ἔτι προσαφαιρεθὲν ἐν τῷ λῶ; 568, 19; 568, 24 ἄβαλε βάλε; 568, 16 καὶ ἀποκοπτόμενα καὶ ἀφαιρούμενα; 569, 28 συμφώνον — ἀφαιρέσεις; 607, 10 ποῦ ὅπον; 569, 30 προσνέμειν ἡ ἀφαιρεῖν; 522, 6 τὸν αντάρ — ἀφαιρεθέντα τάρ; 522, 12 λῶ θέλω; 522, 15 ἄβαλε βάλε; 523, 1 ἄρα δά; 524, 33 μία ἴα; 525, 6 τὰ ἀφαιρεθέντα συμφώνον; 130, 10 ἡ δασεῖα οὐθέλει ἀφαιρεῖσθαι; 130, 17 καὶ προστιθεται καὶ ἀφαιρεῖται, ἔωδων ἔηκα σειπα, ἄλλὰ καὶ τὸ ἔβη βῆ — τὸ ἔοι οἶ, ἐοῦ οὖ (209, 11 τὸ ἄρθρον). Itaque cum adeo sibi constiterit technicus, — credibile fere non est eodem cum vocabulo usum esse ubi de literis syllabisque in fine verborum vel de medio sublatis agit, velut 119 Α ἡ ἀφαιρέσις τοῦ ἐ ὅξειας γίνεται ἐμποιητική, — ποτεῖς ποιές. Immo de re alia alia eum usum esse voce consentaneum atque adeo nesesse est. Quare non video quid sit cur vereamur, quod servatum est 119 Α καὶ τὸ νοέν καὶ τὸ δασμηφορέν ὅξνεται πάλιν τῇ αντῇ ὑφαιρέσει τοῦ ἐ, et 578, 14 ἐν ὑφαιρέσει τοῦ σ [τὸ οὔτω]: idem etiam repugnantibus libris restituere omnibus locis, ubi cum ἀφαιρέσις voce confusum esse videtur. In quibus praeter illum quem supra attuli hic est: 576, 9 καὶ συφές ὅτι τὰ προκείμενα (πασσαλόφιν χαλκόφιν δεξιόφιν ἀριστερόφιν) ἀκονόμενα ἔχοντα στοιχεῖα, πρόδηλον ἔσχε καὶ τὴν ἀφαιρέσιν; nescio an hic quoque 576, 3 εἰ γὰρ αὐτὴν παραγωγὴ στοιχείου γίνεται ἀφαιρετική, ὡς ἐπὶ γενικῆς τοῦ ν, πασσαλόφι καὶ χαλκόφι.

^{)} His ita comparatis iure tuo demireris, a Claud. Sacerd. (apud Eichenfeld et Endlicher Anal. Gramm. p. 29) eandem rem „prothesin“ dici, eiusque praecepto ab editore haec adiici: „ἡ πρόσθεσις simpliciter additamentum denotat, quod ab initio, in medio vel in fine locum habere potest; hinc genus designat cui subsunt tamquam species πρόσθεσις, ἐπένθεσις et παραγωγή. v. Lindem. ad Pomp. 446.“

Priusquam disputatiunculae huic finem imponam, ad tertium de constructione librum revertar (198,4 — 200,7). Ibi enim scriptor postquam oblata occasione de soloecismo et barbarismo agens ita illum definit, ut sit *κανία ἐπιλογῆς λέξεων ἀκαταλλήλων*, barbarismum ita, ut *μιᾶς λέξεως κανίαν* significet, eos increpat qui generatim et universe de ea re locuti *καὶ ἐν μιᾷ λέξει καταγίνεσθαι σολοικισμὸν* contenderunt (I), idque exemplis allatis comprobare conati sunt (II). Quae quidem sententia exploditur 198, 13—21. I. *Τὸ πρῶτον* (falsi sunt illi), *ὅτε οὐδεμίᾳ εἰνθεῖα συνίσταται δίχια ὄγκιος εἰς αὐτοτέλειαν, καὶ* (und zwar) *ὄγκιος τοῦ μὴ ἀπαιτούντος ἕτεραν πλαγίαν.* Ac ne quis sit qui huic argumento opponat alterum illud, *οὗτος* haud raro ita usurpari, ut nulla alia voce adiecta *αὐτοτέλειαν* efficiat; velut ubi quaerenti euidam *τίς σε ἔτυψε* respondemus *οὗτος*: id ideo fieri posse seito, quot pronomen *κοινὸν παραλαμβανόμενον* *ἔχει τὸ ὄγκιον* i. e. quod verbum subauditur. Inde cum eluceat, *οὗτος* hunc in modum prolatum tamquam *δυνάμει* integrum esse enunciatum, illud comprobasse sibi videtur Dyscolus, unam vocem nulla re vel adiecta vel memoria repetita, nunquam nec integri enunciati obtinere locum, nec sententiam praebere, nec in ea una *σολοικισμὸν καταγίνεσθαι.* Quare cum subtractum sit quo illi usi erant initio et fundamento totius quaestiones, hoc iam concludere non veretur: *οὐκ ἄρα ἀληθὲς τὸ ἐν μιᾷ λέξει ε. q. s. II.* Jam vero adversarii etsi fieri possit ut hoc concedant *ὅσον ἐπ' αὐτῷ* (sc. *τῷ οὗτος*) rem ita sese habere, tamen *οὗτος* voci cum demonstrandi vis subiecta sit, *quaestio nondum absoluta est vel explicata.* Ea enim ipsa re usi sunt illi ad comprobandum suam sententiam. a) De femina igitur ubi sermo est (hoc est *κατὰ Θηλεῖας* 198, 10. 199, 11), si quis dixerit *οὗτος*, hoc uno vocabulo aiunt soloecismum admitti. Sed ne hoc quidem, inquit Dyscolus, verum est; nam noctu si quis mulierem indicet „*οὗτος*“ vociferando, profecto non delinquet qui nihil viderit: quare novae illi definitioni soloecismi vocis, si ferri posset, haec adiicienda essent: „*ὅτε μὴ ἐν νυκτερινῷ καταστήματι εἴη τὰ τῆς συντάξεως · δῆλα γὰρ* (tantum modo) *ἐπ’ ὅψιν πίπτοντα τοῦ γένους ἐστίν.*“ At vero omnino ferri non potest. Soloecismi enim audiuntur, non videntur; quare si quis dicat *οὗτος μὲν ἔτυψεν*, etiamsi de femina agatur, non peccabit; peccabit, si protulerit *αὕτη μὲν ἔτυψαν*, etsi sit femina quam demonstrare voluerit. Omninoque non hoc est quaerendum num vocabulum aliquod adaequatum sit cum ea re de qua dicitur, sed illud potius utrum verba ita inter se congruant, ut aptam praebant sententiam, necone (198, 21—199, 20). b) Alterum proposuerunt illi qui impugnant exemplum hoc: *ώς φύσαν ἡ πληθύς.* Quod idecirco illi in soloecismis videntur duxisse, quia poeta, cum de multis sermo sit, verbum quidem priore loco positum numero protulit plurali, singulari subiectum quod sequitur; hoc igitur (*ἡ πληθύς*) quia discrepat, in eo uno soloecismum apparere illi censuerunt. Quae si cogitatione vel conjectura assecuti sumus, aliquid lucis affertur loco et per obscurum et, ni multum fallor, corrupto 199, 7—10, ita quidem, ut ipsum *πληθύς* vocabulum ab illis *ώς παρὰ τὴν πρόταξιν ἐναλλασσόμενον* in soloecismorum numerum ascriptum sit. Qua in re cum dissentiat Apollonius, inde satis clare apparent intercidisse *οὐ* particulam: *δοθήσεται δὲ κακεῖνο, ώς παρὰ τὰς προτάξεις ἐναλλασσόμενα ὑπὸ λόγον τὸν τοῦ σολοικισμοῦ οὐ πεσεῖται* (qua inserta etiam quae sequuntur quadrant *ώς γὰρ εὔηθες τὸ τοιοῦτον, καὶ τὸ προειρημένον*). Nam talia ut

ἀκατάλληλα Homero vitio non vertit technicus, sed in his censet (ut videtur) poetam φάσαν posuisse quasi οἱ πολλοὶ dicturus esset; quo facto paullo negligentius locutum in eius locum ἡ πληθύς synonymum substituisse: in his igitur τὸ ἀκατάλληλον verborum et formarum tolli ac removeri de medio τῷ καταλλήλῳ sententiae.*). Quamquam haec non exposuit grammaticus, sed strictim attigit, aliis eius generis exemplis breviter illustratis (199, 25—200, 7). Iam vero eo unde profecti sumus revertamur. Ibi enim (198, 10) in editione Bekkeriana haec leguntur: αὐτοὶ εἰσηγησάμενοι το καὶ ἐν μιᾷ λέξει καταγίνεσθαι σοκοικισμόν, εἰ κατὰ θηλείας φαΐη τις οὗτος,

παραθέμενοι καὶ ἄλλα τῆς αὐτῆς ἐχόμενα εὑηθείας. (Portus: „antea legebatur in impressis, τις οὗτος ἡ πληθύς; sed mendose. Nam omnino legendum est, τις οὗτος; καὶ, ὡς φάσαν ἡ πληθύς. ut sint duo exempla; alterum, generis, alterum, numeri“. Idem omisit παραθέμενοι, eumque secutus est Sylburg. Explicationem quam Portus subiecit confutare non est operaе pretium; nam ab initio eum docet: „Dixerat Apollonius paulo ante, generis immutationem factam in illo τις οὗτος“, tamquam personas confundit). Quae vereor ne Bekker non intellexerit: aliter enim typis exprimenda curasset; accedit quod scripturam optimi codicis, cuius praestantia non minus hoc loco quam aliis permultis enitescit, prorsus neglexit. Is enim non παραθέμενοι exhibet, sed ὑπόντος παραθέμενοι; illud quid sibi vellet cum non perspicerent qui deterioris notae libros exarabant, eiicere non dubitarunt. Quid multa? Habes tripartitam sententiam, cuius partes deinceps in controversiam adducuntur; primum generalem (I) τὸ καὶ ἐν μιᾷ λέξει καταγίνεσθαι σολοικισμόν; deinde duo exempla (II, a ἐν ᾧ παρὰ τὴν δεῖξιν τὰ τοῦ γένοντος ἐνήλλασται) εἰ κατὰ θηλείας φαίη τις · οὗτος, et (II, b ἐν ᾧ παρὰ τὴν πούταξιν τὰ τοῦ ἀριθμοῦ ἐνήλλασται) ὡς φάσαν ἡ πληθύς. Totum igitur locum sic refingo: εἰ κατὰ θηλείας φαίη τις · οὗτος, [καὶ] ὡς φάσαν ἡ πληθύς, πληθοὺς ὑπόντος, παραθέμενοι καὶ ἄλλα τῆς αὐτῆς ἐχόμενα εὑηθείας.

^{*)} Schol. A in II. II, 278 ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σχῆμα, διτὶ πρὸς τὸ νοητόν· τὸ γὰρ ἐννοιαν ἔχον τοῦ πλήθους δύομα πρὸς πληθυντικὸν ἐπισυνέειν τὸ φάσαν. Dilucide res explicatur Cram. An. Ox. I p. 426 τὰ περιηπτικὰ ὀνόματα δύο συντάξεις ἀναδέχονται, τῷ λόγῳ τῆς φωνῆς, καὶ τῷ λόγῳ τοῦ σημανούμενον — πληθυντικῷ δὲ ἀριθμῷ συνέταξεν, εἰ καὶ τῇ φωνῇ ἔμικη (scr. ἐγικάν) τὸ πληθύς, κατὰ τὸν τοῦ σημανούμενον γαφαστήρα.

INDEX LOCORUM.

| | |
|--------------------------------|----------------------------------|
| Apoll. Dyse. de synt. 6, 4 . 5 | Apoll. Dysc. de synt 313,24 . 12 |
| 10, 9 . 12 | 317, 1 . 9 |
| 71,25 . 5 | 319,21 . 5 |
| 74, 9 . 10 | 320,21 . 6 |
| 75,24 . 11 | 321, 5 . 6 |
| 78,10 . 10 | 321,22 . 6 |
| 85,15 . 10 | 323,14 . 6 |
| 87, 2 . 10 | 325,27 . 9 |
| 134,20 . 11 | 333,27 . 6 |
| 146,15 . 11 | 334,20 . 6-8 |
| 147,27 . 11 | 335, 5.27 . 6 |
| 149,23 . 5 | 340,18 . 8 |
| 164,10 . 10 | 341,17 . 8 |
| 170,16 . 11 | 343,27 . 11 |
| 176, 3 . 9 | de coni. 479,21 . 12 |
| 199, 7 . 9 | 480,10 . 12 |
| 199, 9 . 25 | 482,13 . 13 |
| 202,14 . 9 | 484, 1 . 13 |
| 203, 3 . 4 | 484,21.25 . 12 |
| 204, 9 . 9 | 486,12 . 13 |
| 228,19 . 5 | 488,10 . 11 |
| 228,19 . 11 | 488,20 . 13 |
| 257,17 . 5 | 490,25 . 21 |
| 261, 5 . 9 | 490,32 . 13 |
| 287,12 . 9 | 492,6.9.10.13 |
| 306,15 . 5 | 492,28 . 13 |
| 307, 1 . 5 | 494, 9 . 13 |
| 312,22 . 12 | 494,27 . 14 |
| 312,24 . 5 | 495,26 . 14 |
| 313, 5 . 12 | 497,13 . 14 |

| | | | | | |
|-----------------------|-----------|------|----------------------|-----------|-------|
| Apoll. Dysc. de coni. | 499,15-28 | . 14 | Apoll. Disc. de adv. | 559,19 | . 22 |
| | 500,24-33 | . 16 | | 565,31 | . 22 |
| | 501, 2 | . 16 | | 567,17 | . 22 |
| | 502,22.29 | . 17 | | 572,32 | . 22 |
| | 502, 8 | . 16 | | 573, 5 | . 22 |
| | 503,11-25 | . 17 | | 574,10 | . 22 |
| | 504, 6 | . 18 | | 576, 3 | . 24 |
| | 505, 4 | . 18 | | 576, 7 | . 22 |
| | 505,14 | . 18 | | 576, 9 | . 24 |
| | 508, 1 | . 19 | | 577,19.30 | . 23 |
| | 512,21 | . 19 | | 578,14 | . 23 |
| | 514,15 | . 19 | | 579, 5 | . 23 |
| | 516,14 | . 19 | | 599,14 | . 11 |
| | 518, 2 | . 19 | | 603, 1 | . 23 |
| | 519,16 | . 20 | | 614,21.31 | . 23 |
| | 520,29 | . 20 | | 618,28 | . 23 |
| | 520,31 | . 20 | | 621,18 | . 11 |
| | 521, 3 | . 20 | | 624,26 | . 23 |
| | 521,16 | . 20 | Bekker. An. | 963, 2 | . 13 |
| | 525, 2 | . 21 | | 970,32 | . 20 |
| | 525,14 | . 21 | | 971,13 | . 20 |
| de adv. | 530,33 | . 21 | | 971,29 | . 20 |
| | 541, 2.17 | . 21 | Choer. Can. | 4,25 | . 13 |
| | 541,17 | . 22 | | 5, 1 | . 13 |
| | 546,20 | . 15 | Choer. Ep. | 30,26 | . 13 |
| | 548,29.25 | . 22 | | 30,28 | . 13 |
| | 556,21.26 | . 22 | Cramer. An. Ox. I, | 188 | . 13 |
| | 557,18 | . 22 | | I, 189 | . 13 |
| | 558, 5 | . 22 | | I, 314 | . 17 |
| | 558, 9 | . 11 | | I, 426 | . 26. |
| 81 | 81,101 | | | 81,102 | |
| 81,101.81,8201 | | | | 81,789 | |
| 81 | 82,804 | | | 81,908 | |
| 81 | 81,104 | | | 81,106 | |
| 81 | 81,101 | | | 81,318 | |
| 81 | 82,804 | | | 82,318 | |
| 81 | 81,101 | | | 81,818 | |